Κεφ. η'. [352] Τοὺς συνεχεῖς δ᾽ ἂν γνωρίζοις μάλιστα μὲν ἐκ τοῦ μηδὲν αὐτοῖς παρεῖναι σημεῖον, ὧν εἴπομεν ὑπάρχειν χρῆναι τοῖς διαλείπουσι, καὶ εἰ μὴ παύοιτο δὲ τῶν τεττάρων καὶ εἴκοσιν ὡρῶν ἐντὸς ὁ πυρετός· εἰ δὲ καὶ ἀνώμαλον ποιήσαιτο τὴν αὔξησιν, οὗτος μέν γε καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις γνωρίσμασι καὶ χρόνον ὑποσημαίνει πλείονα· καὶ μὲν

humidior hanc maxime febrem invehunt, quae ſi tunc etiam in regione graſſetur, praeter ante dicta maximam adferet cognitionem. Verum harum febrium declinationes uti tertianarum et quartanarum ſudoribus non finiuntur, unde neque ad manifeſtam febris remiſſionem paucis quibusdam exceptis perveniunt. Urinae autem procedente febre totius morbi tempora docent, initio vero febris ſpeciem oſtendunt. In quotidianis enim aut albae vel tenues vel craſſae et turbulentae aut rubrae apparent. In tertianis rufae vel ſubrufae. In quartanis vero variae, ſed crudae omnes. Atque hae quidem ſunt febrium intermittentium notae.

Cap. VIII. Febres autem aſſiduas ex eo quidem maxime cognoſces, quod nullum ex iis ſignum habeant, quae debere ineſſe intermittentibus docuimus, et ſi intra quatuor et viginti horas non deſinant febres, quae ſi inaequale fecerint incrementum, praeter alias notas majorem temporis diuturnitatem praenunciant, atque adeo ſi et, quod proprium

δὴ καὶ εἰ τὸ ἴδιον τῶν πυρετῶν σημεῖον ἐν τοῖς σφυγμοῖς ἐναργὲς ἔχοιεν. εἰ δὲ καὶ ἀταξία τις ἢ ἀνωμαλία προσείη αὐτοῖς ἢ ἀῤῥυθμία, καὶ τοῦτ' ἂν εἴη σημεῖον τοῦ μεγέθους ἅμα καὶ ὡς οὐκ εἰσὶ τῶν διαλειπόντων. εἰ δὲ τοιοῦτοι μείναντες ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν μείζονα τὸν παροξυσμὸν ἐνδείξαιντο ἢ εἰ καὶ τὰ διαχωρήματα καὶ τὰ οὖρα παντάπασιν ἄπεπτα φαίνοιτο, τοὺς τοιούτους πυρετοὺς οὐκ ἐνδέχεται παρὰ τὴν ἑβδόμην κριθῆναι. εἰ δὲ καὶ ἡ τετάρτη τῶν ἡμερῶν ὁμοία φαίνοιτο τῇ τρίτῃ, καὶ ὁ πυρετὸς οἷον σμιχόμενος εἴη, καὶ τὸ πρόσωπον ἥ τε πᾶσα ἕξις τοῦ σώματος ἀσύμπτωτος, ὁ τοιοῦτος εἰς πλείονα χρόνον ἐκτείνεσθαι φιλεῖ. τοιαῦται μέν τινες αἱ διαφοραὶ τῶν ἄνευ συμπτωμάτων πυρετῶν.

Κεφ. θ'. Ἡ θεραπεία δὲ καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐφεξῆς γεγράψεται· πρῶτον μὲν τῶν διαλειπόντων, δεύτερον δὲ τῶν συνεχῶν λεγομένων. ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς διαλείπουσιν ὀξύτατός τε ἅμα καὶ ἐπιεικέστατος ὁ τριταῖός ἐστι· μακρότατος δὲ καὶ ἀκίνδυνος ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ὁ τεταρταῖος. ὁ δ' ἀμφημερινὸς μακρὸς καὶ οὐκ (201) ἀκίνδυνος, ὥστε καὶ τὴν δίαιταν εὐθὺς

eſt febrium, evidens in pulſibus ſignum obtineant. At ſi neque ordinem neque aequalitatem neque numeros ſervent, argumentum erit tum earum magnitudinis tum quod ex genere intermittentium non ſint. Quod ſi tales permaneant et tertio die acceſſio major alvique excrementa et urinae omnino crudae appareant, non poſſunt ſeptimo ejusmodi febres judicari. Si vero dies quartus tertio ſimilis videatur et febris velut langueat, nec facies nec univerſa corporis habitudo concidat, in longum tempus hoc febris genus protrahi ſolet. Atque hae quidem ſunt febrium differentiae, quae ſine ſymptomatis ſunt.

Cap. IX. Deinceps vero ſingularum curatio tradetur ac primum quidem intermittentium, deinde continuarum, quas vocant febrium. Ex intermittentibus quidem breviſſima ſimul et manſuetiſſima tertiana eſt, longiſſima vero ſed tuta quantum in ſe eſt quartana. Quotidiana vero longa eſt et periculo non vacat. Itaque victus rationem ſtatim ab

Ed. Chart. X. [352.] Ed. Baf. IV. (201.)

ἐξ ἀρχῆς καθίστασθαι προσήκει, πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον τοῦ νοσήματος ἀποβλέποντας. τὰ μὲν γὰρ ὀξέα καὶ ταχέως ἀκμάζοντα, κᾂν εἰ πάνυ λεπτῶς θέλοι τις διαιτᾷν, οὐκ ἄν τι μέγα βλάψει. ὅσα δὲ χρονιώτερα, ταῦτ' εἰ μὴ κατ' ἀρχὰς ἁδρότερον διαιτήσειας, ἢ συναναιρήσεις τῷ νοσήματι τὸν ἄνθρωπον ἢ οὐκ ἐν καιρῷ τὴν δίαιταν ὑπαλλάξεις. οὐ γὰρ χρὴ προσιούσης τῆς ἀκμῆς ἁδρότερον ἢ πρόσθεν διαιτᾷν, ἀλλὰ τοὐναντίον τῆς ὅλης τοῦ πάθους διαίτης τὸ λεπτότατον εἰς τὴν ἀκμὴν ἀποτίθεσθαι χρή· τοῦτο μὲν οὖν κοινὸν ἁπάντων. πρὸς αὐτῷ δὲ δεῖ καὶ τὰ ἴδια τῶν διαλειπόντων ἐπισκοπεῖσθαι, οἷον εὐθὺς ἐν τοῖς τριταίοις, οὐδὲν γὰρ χεῖρον ἐντεῦθεν ἄρξασθαι, διοριζέσθω σοι κατ' ἀρχὰς εἰ ἀκριβής ἐστι καὶ ὡς ἄν τις εἴποι γνήσιος, ἢ οὐκ ἀκριβής, ἀλλ' οἷον νόθος τις. ὁ μὲν γὰρ ἀκριβὴς τριταῖος τὸ μακρότατον ἐν ἑπτὰ περιόδοις κρίνεται, πρὸς τῷ καὶ ἀκινδυνότατος εἶναι. τὸν ἕτερον δὲ τὸν οὐκ ἀκριβῆ οἶδά ποτε φθινοπώρου μὲν ἀρξάμενον, ἦρος δὲ παυσάμενον· εἶτα οἷα εἰκὸς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ, τὸ μέν τι καὶ αὐτοῦ τοῦ νοσοῦντος οὐ πάνυ τι πειθομένου τοῖς τῶν ἰατρῶν

initio inſtituemus, univerſum morbi tempus conſiderantes. Nam in acutis et qui ad ſtatum celeriter perveniunt ſi quis tenuiter omnino cibum dare velit, haud magnopere laedet. In longioribus vero, niſi per initia liberaliorem dederis cibum, aut una cum morbo hominem necabis aut intempeſtive victus ratio mutanda erit. Neque enim accedente ſtatu uberior victus quam prius inſtituendus eſt, ſed contra omnium qui per morbum exhiberi debeant tenuiſſimus in id tempus reſervandus eſt; hoc quidem omnium commune eſt. Ad haec vero quae intermittentibus propria ſint, conſiderare oportet, velut ſtatim in tertianis, neque enim male ab his auſpicabimur, diſtinguendum per initia eſt, num exquiſita ac ut ita dicam legitima, an minime exquiſita, ſed velut ſpuria ſit. Tertiana enim exquiſita ſeptem ut tardiſſime circuitibus judicatur, minimeque periculoſa eſt. Alteram autem non exquiſitam aliquando vidi autumno incipere et vere deſinere, poſtea, ut par erat tanto tempore, tum quod aegrotus

προστάγμασιν, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτάνοντός τι· τὸ δέ τι καὶ ὑπὸ τῆς αἰτίας τοῦ χειμῶνος βλαπτομένου, σπλήν τε μέγιστος ἐξήρθη καὶ ὑποχόνδρια διεφυσᾶτο· καί τις ἤδη καὶ ὑποιδος ἦν ἄχροια περί τε τὸ πρόσωπον καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς σκέλεσιν, ὥστε δεῖσαί τε ἡμᾶς ἀμφὶ τῷ μειρακίῳ καὶ δεηθῆναι μειζόνων βοηθημάτων. οὕτως οὐδὲν ὅμοιον ἔχει ὁ τοιοῦτος τριταῖος τῷ ἀκριβεῖ· διὰ τοῦτο οὖν φημι χρῆναι κατὰ τὰς ἀρχὰς αὐτοὺς διορίζειν. εἰς ὅσον γὰρ τῇ φύσει διαφέρουσιν, εἰς τοσοῦτον εὔλογόν ἐστι καὶ τὸν τῆς διαίτης τρόπον [353] ὑπαλλάττεσθαι. ὅπως οὖν ἄριστα διορισθεῖεν, ἀρκεῖ μοι τὰ τῷ μειρακίῳ συμπεσόντα γράψαι, παράδειγμά τε ἅμα τῶν οὐκ ἀκριβῶν τριταίων καὶ ὑπομνήματά σοι γενησόμενα. ἦν μὲν δὴ τοῦ ἔτους τὸ μεταξὺ πλειάδων τε δύσεως καὶ τῆς προγεγενημένης ἰσημερίας· ἤρξατο δὲ μετὰ φρίκης ὁ πυρετὸς τῷ μειρακίῳ περὶ αὐτὴν σχεδὸν τὴν ἕω· ὥστε μήτε τῇ θερμασίᾳ τριταίῳ τι δόξαι ἐοικέναι μήτε τοῖς σφυγμοῖς· ἀλλ' οὐδὲ χολῆς ἔμετος ἠκολούθησεν οὔτε ἱδρὼς ἱκανός· ἀλλὰ μόνον ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ὥρᾳ που τρίτῃ βραχεῖαι νοτίδες

imperanti medico non magnopere pareret, nonnihil etiam delinqueret, tum vero hiemis injuria male afficeretur, maxime lien intumuit et hypochondria flatu diſtenta ſunt, tumor quidem decolor cum in facie tum maxime in cruribus apparuit, adeo ut adoleſcenti timuerimus et majoribus uti remediis neceſſum fuerit. Itaque haec febris nihil exquiſitae tertianae ſimile habet, quare ab initio diſtingui oportere dico. Nam quantum natura inter ſe differunt, tantum victus rationem variari aequum eſt. Ut autem has optime diſtinguas, ſatis mihi fuerit ea recenſere, quae adoleſcenti acciderunt, quae exemplum documentaque tibi futura ſint febrium non exquiſite tertianarum. Medium erat anni tempus inter vergiliarum occaſum et quod hunc anteceſſerat aequinoctium, in quo adoleſcentem circa fere ipſam auroram febris cum horrore corripuerat: quae neque in calore neque in pulſibus tertianae ſimilis eſſe videbatur, imo nec vomitus bilioſus ſequutus eſt nec multus ſudor, poſtridie vero ad

ἐγίγνοντο, ἐφ' αἷς διεπνεῖτο μὲν ὁ πυρετὸς ἀτρέμα οὕτως, ὥστε περὶ τὴν ἑσπέραν μόγις ἀπύρετον εἶναι δοκεῖν· ἔμενε δὲ δηλαδὴ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς τό τε τοῦ πυρετοῦ σημεῖον αὐτῷ σαφὲς ἱκανῶς. ἀλλὰ τἄλλα γε πάνυ εὐφόρως εἶχε κατὰ τὴν ἑσπέραν καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτός. αὖθις δὲ περὶ τὴν ἕω τῆς τρίτης ἡμέρας δευτέρα καταβολὴ γίνεται, τὰ πάντα τῇ πρώτῃ παραπλησία, πλὴν τοῦ χρόνου· τῆς γὰρ ἐπιούσης νυκτὸς ὀλίγον πρὸ τῆς ἡμέρας νοτίδες ἐγίγνοντο καὶ ὁ πυρετὸς ἐπαύετο περὶ τὴν ἕω τῆς τετάρτης ἡμέρας· καὶ τοῦ λοιποῦ δὲ παντὸς φθινοπώρου καὶ χειμῶνος, ἐν ᾧ διενόσησε, τά τ' ἄλλα πάντα καὶ ὁ χρόνος τῆς καταβολῆς καὶ τῆς λύσεως τοῦ πυρετοῦ κατὰ ταὐτὰ διέμενον. ἦν δὲ τὸ μειράκιον ἡλικία μὲν ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη, λευκὸν δ' ἰδέσθαι καὶ πῖον, ἀργότερον τῷ βίῳ καὶ πολλάκις ἔμπροσθεν ἐν μέθαις τε καὶ λουτροῖς συνεχέσι καὶ πλησμοναῖς γεγενημένον, ὥστ' οὐδὲ χρηστῶς ἔπεττε τὰ σιτία. συνεισέβαλε δ' αὐτῷ καὶ σκληρὸς σφυγμὸς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν μετρίως, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ

horam circiter tertiam paucus exiit mador, cum quo et febris evanuit, ſed adeo ſenſim, ut circa vesperam vix febris expers aeger videretur, nimirum relicto tunc in pulſibus evidente admodum febris ſigno. Verum reliqua circa veſperam ac per totam noctem facile omnino aeger ferebat. Rurſus vero circa tertii diei auroram ſecunda acceſſio priori in omnibus praeter quam tempore ſimilis rediit: ſequente enim nocte paulo ante diem exhalato vapore febris deceſſit circa quarti diei auroram, et reliquo toto autumno ac hieme, quo tempore aegrotavit, tum reliqua omnia tum acceſſionis et ſolutionis febris tempus eadem permanſerunt. Adoleſcens autem annos plus minus octodecim natus erat, aſpectu albus ac pinguis, vitae deditus otioſiori priusque crebris tum crapulis tum lavationibus uſus ac ſatietatibus, proinde cibos improbe concoquebat. Acceſſit vero et huic pulſus durities mediocris quidem in primo et ſecundo die, in tertio vero et quarto et ſequentibus usque ad ſeptimum

καὶ ταῖς ἐφεξῆς μέχρι τῆς ἑβδόμης εἰς τοσοῦτον ἧκε σκληρότητος, ὡς ἄν τινα δόξαι τῷ σφυγμῷ μόνῳ πιστεύσαντα πολλῶν εἶναι τὸ νόσημα μηνῶν· καὶ τοιοῦτος παρέμενεν ἄχρι τῆς κατὰ τὸ ἔαρ ἰσημερίας, ἐν ᾗ πρῶτον ἤρξατο μαλάττεσθαι. καὶ αὖθις ὕστερον ἡμέρᾳ τεσσαρακοστῇ τελέως ἀπαλλάττεται τοῦ τριταίου, κατὰ βραχὺ τοῦ τε σφυγμοῦ μαλαχθέντος καὶ τοῦ παροξυσμοῦ μικροτέρου γιγνομένου καὶ τῶν οὔρων ὑπόστασιν χρηστὴν ἐχόντων· καὶ γὰρ οὖν καὶ ταῦτα κἀν τῷ πρόσθεν χρόνῳ πάντα δεινῶς ἦν ἄπεπτα. τοιοῦτος μὲν δὴ ὁ ἐναντιώτατος τῷ ἀκριβεῖ τριταίῳ. τοὺς δ' ἄλλους τοὺς μεταξὺ παμπόλλους ὄντας ἐκ τῶν ἄκρων ἀφωρισμένων οὐ χαλεπῶς ἂν εὑρήσεις. ἃ γὰρ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου τριταίων πυρετῶν ἔγραψα γνωρίσματα, ταῦτα σύμπαντα εἰ παρείη, τὸν ἀκριβῆ τριταῖον οὐκ ἐργάζεται, ᾧ πάντως καὶ ὁ τοῦ παροξυσμοῦ χρόνος βραχὺς ὡρῶν τεττάρων ἢ πέντε ἢ ἓξ ἢ τὸ μήκιστον ἕνδεκά που ἢ δώδεκα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ οὖρα τῶν τοιούτων ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἢ πάντως γε τῇ τετάρτῃ φέρει τι σημεῖον πέψεως. οὕτω μὲν οὖν ἀκριβῆ τε καὶ οὐκ ἀκριβῆ γνωρί-

ad tantam pervenit duritiem, ut fi quis foli pulfui credidiffet, multorum effe menfium morbum putaffet, ac talis permanfit usque ad vernum aequinoctium, in quo primum mollefcere coepit. Poftea rurfus quadragefimo die ab hac tertiana prorfus liberatus eft, paulatim pulfu emollefcente et acceffione decrefcente, urinisque probum fedimentum habentibus, quae prius vehementer crudae omnes erant. Haec quidem certe maxime contraria eft exquifitae tertianae. Reliquas vero omnes intermedias quae permultae funt ex definitis extremis haud difficile invenies. Si enim quae initio commentationis fcripfimus tertianarum figna omnia adfuerint, exquifitam tertianam effe teftabuntur, cujus acceffionis tempus breviffimum quidem omnino quatuor aut quinque aut fex horarum eft, longiffimum vero undecim aut duodecim. Atque etiam harum urinae tertio aut omnino quarto die concoctionis indicium oftendunt. His igitur notis abfoluta tertiana et fpuria cognofcuntur.

ζοις τριταῖον. ἀνάλογον δὲ καὶ τεταρταῖον καὶ ἀμφημερινόν. ᾧ μὲν γὰρ ὑπάρχει πάνθ' ὅσα πρόσθεν ἔγραψα τεταρταίων πυρετῶν γνωρίσματα, γνήσιός τε καὶ ἀκριβὴς τεταρταῖος. ᾧ δὲ μὴ, νόθος τις ἐκεῖνος καὶ οὐκ ἀκριβής. καὶ ἀμφημερινῶν δὲ ὅτῳ μὲν πάνθ' ὅσα γέγραπται πάρεστιν, ἀκριβής· ᾧ δὲ μὴ, ὁ τοιοῦτος οὐκ ἀκριβής. οὐκ οὖν οὐδὲ χρόνιοι ὁμοίως τεταρταίῳ καὶ ἀμφημερινῷ οἱ οὐκ ἀκριβεῖς, ἀλλ' ὥσπερ τριταῖος ὀξὺς ὁ ἀκριβὴς, οὕτω τεταρταῖός τε καὶ ἀμφημερινὸς χρόνιοι. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς κατὰ περίοδόν τινα πυρέττουσι σκοπεῖσθαι. τῶν δ' ἄλλων πυρεττόντων οὖρά τε καὶ διαχωρήματα καὶ τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ σώματος ὁρᾷν· καὶ τὴν θερμασίαν καὶ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν, ὅσα τ' ἄλλα πρὸς τούτοις ὁ Ἱπποκράτης τε [354] καὶ ἡ μακρὰ πεῖρα κελεύει σκοπεῖσθαι, χώρας καὶ ὥρας καὶ καταστάσεις καὶ ἡλικίας καὶ κράσεις σωμάτων, ἔθη τε καὶ τὰ προηγησάμενα τῶν αἰτίων καὶ τὰ συνεισβάλλοντα τοῖς νοσήμασι καὶ ὅσα μεταξὺ ἐπιφαίνεται. παρῄνηται μὲν οὖν ὡς ἄν τινι δόξῃ τὸ πᾶν, οὐ μὴν πρός γε τὴν ἀλήθειαν

Ad hunc vero modum quartana et quotidiana diftinguuntur. Cui enim omnia infunt figna, quae prius in febribus quartanis fcripfimus, germana exquifitaque quartana eft. Sin minus, fpuria minimeque exquifita. Et ex quotidianis legitima quidem eft, cui omnia quae diximus infunt, quae fi non adfint, exquifita non eft. Itaque febres fpuriae non tam longae funt quam quartana et quotidiana. Sed quemadmodum vera tertiana acuta eft, fic quartana et quotidiana diuturnae. Haec quidem in his quae circuitu repetunt confideranda funt. In aliis vero febribus urinas, alvi excrementa et univerfum corporis habitum infpicere oportet, calorem quoque et arteriarum motum. Ad haec alia quaecunque Hippocrates longaque experientia contemplanda effe jubent, nempe regiones, anni tempora, aëris conftitutiones, aetates et temperaturas corporum, confuetudines et antecedentes caufas, quaeque una cum morbis invadunt quaeque medio tempore apparent. Omnia quidem ut cuipiam videri poffet monita funt, fed revera haud ita res ha-

ὧδ' ἔχει. τὸ γάρ τοι μέγιστον μὲν ἁπάντων τούτων, ῥηθῆναι δὲ μικρότατον, οὐδέπω γέγραπται. τί δ' ἐστὶ τοῦτο; ποσότης νοσήματος καὶ δυνάμεως· πρᾶγμα πρὸς μὲν τὴν δήλωσιν ἑνὸς ὀνόματος δεόμενον· εἰς δὲ τὴν χρείαν μέγιστον. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε προγνῶναι καλῶς, ἄνευ τοῦ τὸ ποσὸν ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἀκριβῶς ἐκλογίζεσθαι. καὶ γὰρ εἴτ' ὀλέθριόν ἐστι τὸ νόσημα, εἴτε μὴ, καὶ ὁπηνίκα μᾶλλον δυνατὸν ἢ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ πάθους, εἰ μὴ πάντων τῶν προειρημένων τὸ ποσὸν ἀκριβῶς διασκεψάμενος ἀνάγοις εἰς δύο κεφάλαια τήν τε νόσον αὐτὴν καὶ τοῦ νοσοῦντος τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν οἷός τ' εἴης προγνῶναι καλῶς. τῆς μὲν γὰρ δυνάμεως οὕτως ἰσχυρᾶς οὔσης ὡς περιγίγνεσθαι τοῦ νοσήματος, ἀνάγκη σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τοὔμπαλιν εἴη, πάντως τεθνήξεται. μὴ τοίνυν ὁποῖόν τι τὴν ἰδέαν ἐστὶ τὸ νόσημα σκόπει μόνον, ἀλλὰ καὶ πηλίκον. οὐ μικρᾶς δὲ τοῦτό γε δεῖται τριβῆς, τά τ' ἄλλα καὶ τῷ μήτε γραφῆναι μήθ' ὅλως διδαχθῆναι λόγῳ δύνασθαι τὸ ποσὸν ἑκάστου. καὶ εἴτι ἄρα τὸ ἡμέτερόν ἐστιν, οὐχ ὑπ' ἄλλου τινὸς εἰς το-

bet. Quandoquidem quod maximum horum omnium eſt, dictu autem breviſſimum, nondum explicatum eſt. Quid vero hoc eſt? Morbi et virium quantitas, res quidem quae verbo uno explicari poſſit; ad uſum maxima eſt. Neque enim bene praenoſcere poteris, niſi horum cujusque quantitate diligenter explorata. Non enim an morbus lethalis ſit nec ne nec quando vel mori vel a morbo vindicari potius homo debeat niſi omnium quae diximus quantitatem diligentius contemplatus, in duo redegeris capita in morbum ipſum et laborantis vires, praeſcire recte poteris. Nam ſi vires adeo validae ſint, ut morbum evincant, neceſſario ſanitati homo reſtituetur. Sin contra omnino morietur. Non igitur ſolum cujusnam ſit generis morbus, ſed et quantus ipſe ſit inſpiciendum eſt. Hoc autem non parva eget peritia, cum propter alia, tum quod nec ſcribi nec verbis explicari ullo modo eorum cujusque quantitas poſſit. Si quid igitur noſtrum eſt, id non tam ex alia re ulla quam ex crebra con-

Ed. Chart. X. [354.] Ed. Baf. IV. (201. 202.)
σοῦιον ἀκριβείας ἥκει ἢ ἐκ τοῦ μάλιστα ἠσκῆσθαι περὶ τὸν τῆς ποσότητος στοχασμόν· τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων καὶ μαθεῖν καὶ διδάξαι δυνατόν. ὅσα δ᾽ ἐν τῇ ποιότητι τὸν διορι(202)σμὸν ἔχει, ταῦτα γράφομεν ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς εἰς ὅσον ἐγχωρεῖ διὰ βραχέων.

Κεφ. ι΄. Τὸν μὲν οὖν ἀκριβῆ τριταῖον, ὡς ἂν ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς κινουμένης δυναστευόμενον, ὑγραίνειν τε καὶ ψύχειν εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον ἂν οἷόν τε μάλιστα. τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματά ἐστι, κολάζοντα μὲν τὸ ὑπερβάλλον, ἀντεισάγοντα δὲ τὸ λεῖπον. ὁ δὲ τῆς ξανθῆς χολῆς χυμὸς ἁπάντων τῶν ἐν τῷ σώματι χυμῶν θερμότατος καὶ ξηρότατός ἐστι. προτρέπειν οὖν χρὴ τὸν μὲν εἰς τὴν γαστέρα συῤῥέοντα, κενοῦσθαι δι᾽ ἐμέτων· τὸν δὲ κάτω ὑπιόντα ὡσαύτως διὰ τῆς κάτω ἐκκρίσεως· τοῦτο μὲν δὴ καὶ αὐτόματον ἐν τοῖς ἀκριβέσι γίνεται τριταίοις. καὶ τοῖς οὔροις δὲ καὶ τοῖς ἱδρῶσι ποδηγεῖν· ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ διὰ τῶν κάτω τῆς χολῆς κάθαρσις. ἀλλὰ τὴν μὲν γαστέρα μαλακοῖς κλύσμασι κενοῦν· τὰ οὖρα δὲ προτρέπειν σελίνου τε καὶ ἀνήθου τοῖς πόμασιν

jiciendae quantitatis exercitatione percipitur, quod ex operibus et difcere et docere poffis. Quae vero qualitate diftinguuntur, diligenter fimul ac dilucide quam breviffime fieri poterit fcribemus.

Cap. X. Exquifitam autem tertianam, ut in qua concitata bilis flava dominetur, quoad fieri maxime poteft humectare ac refrigerare oportet. Nam contrariorum contraria funt remedia, quae quod fuperat coerceant, quod autem deeft farciant. Flavae autem bilis humor omnium qui in corpore funt humorum calidiffimus ac ficciffimus eft. Itaque adhortandum eft, confluentem in ventriculum vomitu, deorfum vero fubeuntem pari modo per inferiorem excretionem vacuari, quod et fponte exquifitis tertianis accidit. Per urinas quoque et fudores iter moliri oportet, fed commoda per inferna bilis purgatio. At mollibus clyfteribus venter fubducendus eft, urinae vero potionibus iis in quibus maduerit apium et anethum provocandae. Et fi coctio-

ἐναποβρέχοντα. καὶ ἤν σοι πέψεως σημεῖα προφαίνηται, θαῤῥῶν ἤδη καὶ τοῦ ἀψινθίου διδόναι· τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἄλλως μέγιστον ἴαμα τοῦ στομάχου διὰ χολῆς δῆξιν καὶ μᾶλλον εἰ τῆς κόμης αὐτοῦ λαμβάνων ὅσον αὔταρκες ἐναποβρέχοις μελικράτῳ. λουτρὰ δὲ θερμὰ δι᾽ ὕδατος ποτίμου τὸ μέν τι κενοῖ τῆς χολῆς ἀπάγοντα, τὸ δέ τι καὶ τῇ ποιότητι μεγάλως ὀνίνησιν· ὑγραίνει γὰρ καὶ ψύχει κατὰ δύναμιν, ὅσα τοιαῦτα λουτρά. τὰ δὲ θαλάττια καὶ ἁλμώδη καὶ νιτρώδη καὶ θειώδη πλεῖον μὲν ἀπάγει τῆς χολῆς, πολὺ δ᾽ ἧττον ὠφελεῖ τῶν ποτίμων. ἄμεινον δ᾽ εἰπεῖν, οὐδ᾽ ὠφελεῖν αὐτὰ μειζόνως βλάπτοντα ταῖς ποιότησιν ἢ βοηθοῦντα ταῖς κενώσεσιν. ἀτὰρ οὖν καὶ οἶδά τινα κιβδήλῳ λογισμῷ τοιοῖσδε χρήσασθαι λουτροῖς ἀναπεισθέντα· εἶτα ξηρανθέντα τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, εἰς τοσοῦτόν τε διαφθαρέντα, [355] ὥστε μαρανθεὶς ἀπέθανεν. ἐπέτεινε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα δίαιτα πρὸς τὴν κένωσιν τῆς χολῆς. ἀεὶ δὲ χρὴ ποιότητας ἐναντίας τῇ κρατούσῃ παρὰ φύσιν ἀντεισάγειν· καὶ ὡς τὸ πολὺ βέλτιον τοῦτο τοῦ κενοῦν ὁπωσοῦν· ὅπερ οὔτ᾽ αὐτὸς ἐγίνωσκεν, οὔθ᾽ ἑτέρων

nis notae apparuerint, jam cum fiducia abfinthium dabis, quod alioqui ftomacho quem erodens bilis infeftat fummum remedium eft, praefertim fi ejus comae quantum ufus efflagitat in aqua mulfa maceraris. Sed et balnea calida ex aqua potabili profunt, tum quod bilis aliquid educunt, tum quod fua qualitate mirifice juvent; ea enim hujusmodi balnea humectant et facultate refrigerant. Marina vero, falfa, nitrofa, et fulphurofa plus quidem bilis exigunt, verum minus quam ex aqua dulci utilia funt: praeftat vero nec ea utilia dicere, quando plus fua qualitate laedunt quam vacuando profunt. Equidem novi quendam, qui falfo adductus judicio hifce balneis ufus eft ac deinde reficcato corporis habitu eo venit exitii, ut tabe interierit. Reliqua autem victus ratio illi bilis vacuationem adaugebat. At contraria qualitas qualitati praeter naturam excedenti perpetuo objicienda eft, et plerumque id utilius eft quam quovis modo vacuare; verum ipfe nec hoc noverat, neque ex aliis didicerat. In balneis

ἐμάνθανε λεγόντων. ἔν τε οὖν τοῖς λουτροῖς οὗτος ὁ σκοπὸς γιγνέσθω, διαβρέξαι τε καὶ ὑγρᾶναι τὸ σῶμα· καὶ διὰ τοῦτο μήτε νίτρου μήθ' ἁλῶν μήτε νάπυος προσπάττειν, οἷα δὴ τοὺς πλείστους ἐστὶν ἰδεῖν λυμαινομένους τοῖς ἀῤῥώστοις, ἀλλ' ὅτι μάλιστα θερμὸν ἔλαιον περιχέοντας ἐμβιβάζειν τε τῷ ὕδατι καὶ διαβρέχεσθαι, καὶ εἴ γ' ἐθέλοιεν νήχεσθαι ἐν αὐτῷ, συγχωρεῖν αὐτοῖς εἰς ὅσον δύνανται. τοὺς δὲ φιλολουτροῦντας, οὐδ' εἰ δὶς τῆς ἡμέρας λούειν ἐθέλοις, ἁμαρτάνοις· ἀλλ' ἐν καιρῷ μάλιστά σοι τοῦτο μνημονευέσθω. εἰ δὲ καὶ πέψεως τῆς νόσου σημεῖα φαίνοιτο, κἂν εἰ πλεονάκις λούοις, οὐκ ἂν ἁμάρτοις. οἴνου δὲ πρὶν μὲν πέττεσθαι τὸ νόσημα παντάπασιν εἴργειν, ἀρξαμένου δὲ πέττεσθαι, λεπτὸν καὶ ὑδαρῆ καὶ ὀλίγον τὴν πρώτην διδόναι· πλησίον δ' ἤδη τοῦ λύεσθαι γενομένου πλείονα. σιτία δὲ ὅσα ὑγραίνει τε καὶ ψύχει, πάντα χρήσιμα τριταίοις ἀκριβέσι. τὸ δὲ ποσὸν ἐν αὐτοῖς τοσοῦτον ὅσον πλεῖστον καλῶς πέψαι δύνανται. λαχάνων μὲν ἀτράφαξίς τε καὶ βλίτον καὶ λάπαθον καὶ μαλάχη καὶ θριδακίνη καὶ κολοκύνθη. τῶν δ' ἄλλων ὅ τε πτισάνης χυλὸς καὶ τὰ διὰ

igitur hic fcopus fit, ut corpus abluatur ac humefcat, proinde neque nitrum neque fal neque finapi infpergenda funt; id quod factitare plurimos videre licet aegrotos enecantes. Ubi autem calente oleo plurimum perfuderis, in aquam ducere ac proluere oportet, et fi in ea natare velint, iis quantum poffunt permittendum eft. Qui vero balneis delectantur, neque fi bis die lavare velis peccabis, fed praecipue in memoria habeto, ut id opportune fiat. Nam fi coctionis morbi fignis apparentibus frequentius laveris, non erraveris. A vino vero, antequam morbus concoquatur, prorfus arcendi funt, ubi autem coctionis initium habuerit, paucum, tenue et dilutum initio dandum eft, liberalius vero ubi in propinquo morbi folutio eft. Cibus autem frigidus et humidus omnis exquifitis tertianis confert. Tantus autem dari debet quantus optime concoqui poffit. Ex oleribus quidem atriplex, blitum, rumex, malva, lactuca et cucurbita. Ex aliis autem cremor hordei et forbitio ex alica. Ex pifcibus vero

Ed. Chart. X. [355.] Ed. Baf. IV. (202.)

τοῦ χόνδρου ῥοφήματα, καὶ ἰχθύων οἱ πετραῖοι, καὶ τῶν πτηνῶν τὰ μαλακόσαρκα, καὶ τῶν μὴ τοιούτων τὰ πτερά· καὶ μὲν δὴ καὶ ἀλεκτρυόνων τοὺς ὄρχεις διδόναι καὶ τῶν συῶν τοὺς πόδας τε καὶ τοὺς ἐγκεφάλους· τῶν μικροτέρων δὲ εἰ καὶ τὰς σαρκὰς δοίης τακερὰς, οὐδὲν βλάψειας. ἀλλὰ καὶ ὠὰ συγχωρεῖν ῥοφεῖν καὶ μάλιστα τὰς λεκίθους· ῥᾷον γὰρ αὗται πέπτονται τοῦ λευκοῦ. καὶ τῶν ὀπωρῶν δέ γε συγχωρεῖν γεύεσθαι, τῶν γε μὴ παντάπασι δυσπέπτων. ἀπέχειν δὲ μέλιτός τε καὶ νάπυος καὶ ταρίχου καὶ τῶν δριμέων ἁπάντων καὶ οἴνων δὲ τῶν παλαιῶν ἱκανῶς καὶ ὅσοι θερμοὶ φύσει. αὕτη μὲν οὖν ἡ δίαιτα τῶν πολλῶν ἐστόχασταί σοι. ὅσοι δὲ μὴ τρυφῶσι, διαιτητέον ἐστὶ ὡς οἶσθα κἀμὲ διαιτηθέντα ποτὲ ἐν ἀκριβεῖ τριταίῳ πυρετῷ κατὰ τὸν Ἱπποκράτειον λόγον ἐν χυλῷ πτισάνης ἄχρι κρίσεως. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀκριβέσι τριταίοις.

Κεφ. ια΄. Ἐν δὲ τοῖς μὴ ἀκριβέσι προνοεῖσθαι χρὴ μάλιστα καθ᾽ ὅσον οἷόν τε μήτ᾽ αὐξῆσαι τὸ νόσημα μήτε καταβαλεῖν τοῦ νοσοῦντος τὴν δύναμιν ἐν χρόνῳ

faxatiles. Ex avibus quae molli funt carne et ex minime talibus alae, gallorum quoque tefticuli et fuum pedes et cerebra danda funt, parvulorumque porcellorum fi illiquefactas coctura carnes dederis, nihil offendes. Sed et ova forbilia permittuntur et maxime eorum lutea, ut quae quam album facilius coquantur. Ex fructuum autem genere ii guftari conceduntur, qui omnino coctu difficiles non fint. Melle vero, finapi, falfamentis et omnibus acribus abftinere debent, et vinis admodum vetuftis naturaque calidis. Haec quidem victus ratio efto multorum ad conjecturam tibi tradita et expofita. Qui vero molliter non educantur, iis victus inftituendus eft qualem me aliquando in exquifita tertiana ex Hippocratis fententia dare vidifti, nempe ptifanae cremorem usque ad febris judicium. Haec quidem in exquifitis tertianis fervanda funt.

Cap. XI. Maxime vero in his quae exquifitae non funt tertianis, quoad fieri poteft profpiciendum eft, ne morbus increfcat, dejiciantur que vires, ut quas longiore morbi

πλείονι ταλαιπωρεῖσθαι μέλλουσαν. ἔστι μὲν οὖν χαλεπὸν ἀμφοῖν κρατεῖν, ὡς ἂν τῶν μὲν ἀσιτιῶν ὅσον εἰς τὴν πέψιν τοῦ νοσήματος ὠφελουσῶν, τοσοῦτον ἢ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἀδικουσῶν τὴν δύναμιν· τῶν δὲ τροφῶν ὅσον εἰς ῥώμην συντελουσῶν τῷ νοσοῦντι, τοσοῦτον ἐμποδιζουσῶν τὰς πέψεις. ἀλλὰ κἀνταῦθά σοι γνωστέον, εἰς ὅσον μὲν ἥκει μεγέθους ἡ νόσος, εἰς ὅσον δὲ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ τοῦ νοσοῦντος· ἵνα πρὸς τὰ μείζονος ἐπικουρίας δεόμενα ἀποβλέπων ἀσιτίαις μὲν ἐν ἰσχυροτέρᾳ τῇ δυνάμει καὶ δυσπέπτῳ νοσήματι θαῤῥαλεώτερον χρήσῃ· τροφαῖς δὲ πλείοσιν ἐν ἀσθενεστέρᾳ μὲν τῇ δυνάμει, νοσήματι δὲ μὴ πάνυ δυσπέπτῳ. ταῦτα μὲν δὴ κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασι νοσήμασι χρὴ σκοπεῖν. [556] ἐν δὲ τοῖς οὐκ ἀκριβέσι τριταίοις οὐδὲ λούειν εὐθὺς κατ᾽ ἀρχὰς ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ ἡνίκα ἂν φαίνοιτο ἤδη τὰ σημεῖα τῆς πέψεως, οὐδὲ καθ᾽ ἡμέραν τρέφειν, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ παρὰ μίαν. ἡσυχία δὲ καὶ θάλψις τῶν καθ᾽ ὑποχόνδριον αὐτοῖς συμφέρει καὶ ῥοφήματα τὰ εὔπεπτα καὶ κλύσματα τῆς κάτω γαστρὸς μὴ πάνυ μαλακά. καὶ εἰ αἵματος ἀφαιρέσεως δέοιντο, μηδὲ τοῦτο

intervallo afflictum iri oporteat, utrumque enim tenere difficile eſt, quod inedia quantum ad morbi coctionem prodeſt tantum vel plus etiam vires offendit, cibi vero quantum ad aegrotantis vires conferunt, tantum coctionem impediunt. Sed et hic noſcendum eſt, ad quam magnitudinem morbus perventurus ſit et quantum laborantis vires ſint duraturae, ut ea perſpiciendo, quae majori auxilio egent, cibi abſtinentia quidem, ubi valentiores ſunt vires et morbus coctu difficilis, confidentius utaris, ubi vero imbecilliores vires et morbus non omnino coctioni contumax eſt, largiori cibo. Haec quidem et in omnibus aliis morbis conſideranda ſunt. Neque vero ſtatim per initia in ſpuriis tertianis lavare ſalubre eſt, ſed ubi primum coctionis ſigna apparuerint. Neque quotidie cibum dare oportet, ſed alternis diebus abunde fuerit. Quies autem et praecordiorum fotus juvat et ſorbitiones quae facilem admittant coctionem. Clyſteres quoque non admodum molles alvo iudantur. Quod ſi ſanguinis miſ-

παραλείπειν, ἀλλ' εὐθὺς κατ' ἀρχὰς διορισάμενος ἐξ ὧν οἶσθα ἀποχεῖν αἵματος ὅσον τοῖς παροῦσι μέτριον. ἡ δ' ὅλη τῆς διαίτης κατάστασις οὐ ψύχουσα καὶ ὑγραίνουσα τὸ σύμπαν σῶμα ὡς ἐπὶ τῶν ἀκριβῶν ἐστι τριταίων, ἀλλά τι καὶ τοῦ τμητικωτέρου καὶ τοῦ θερμοτέρου τρόπου προσεπιλαμβανέσθω. μάλιστ' οὖν ἁρμόσειεν αὐτοῖς ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς ἐμβαλλομένου πεπέρεως· ἢ καὶ ὑσσώπου ποτὲ καὶ ὀριγάνου ἢ στάχυος νάρδου ἐμβαλὼν μελικράτῳ καὶ συναφεψῶν διδόναι πίνειν καὶ τἄλλα δ' ὅσα οὖρα κινεῖ πλὴν τῶν ἄκρως θερμαινόντων τε καὶ ξηραινόντων. μάλιστα δὲ τοῦ ἀψινθίου διδόναι συνεχέστατα μετὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν. καὶ μὲν δὴ καὶ ὀξύμελι πολλοὺς ὤνησε πινόμενον καί τι τῶν ἐπιεικῶν ὑπηλάτων, οἷς οἶσθα καὶ ἡμᾶς χρωμένους συνεχῶς. ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς σιτίοις ἔμετος εἰς τοσοῦτον ἄρα τοῖς ἐν τῷδε πυρετῷ χρονίζουσι χρήσιμος, ὥστε πολλοὺς οἶδα τελέως ἀπαλλαγέντας εὐθέως ἐπὶ τοῖς ἐμέτοις.

Κεφ. ιβ'. Ἑξῆς δὲ περὶ τῶν τεταρταίων ἐροῦμεν, οὓς καὶ αὐτοὺς κατ' ἀρχὰς μετρίως τε καὶ πρᾴως ἄγειν

fione opus fit, neque ea omittenda eft, fed initio ftatim diftinctis iis quas nofti rebus tantum detrahes, quantum fatis effe in praefentia videatur. Tota vero ratio victus fit, non quae ut in exquifita tertiana refrigeret et humectet, fed quae vim aliquam incidendi et calefaciendi affumat. His igitur maxime prodeft ptifanae fuccus cui injectum piper fit, aut nonnunquam etiam hyffopum et origanum et mulfa cui injecta nardi fpica eft et cocta potui datur, aliaque quae ciendae urinae vim habent, nifi ea vehementer calefaciant exficcentque. Frequentiffime vero abfinthii coma maxime poft feptimum diem danda eft, mulfum acetum etiam multis in potu profuit et aliquod ex iis quae blande purgant, quibus nos faepe uti vidifti. Vomitus autem poft cibum adeo fane utilis eft illis quibus haec febris inveteraverit, ut multos norim ftatim poft vomitiones a febre prorfus effe liberatos.

Cap. XII. Deinceps autem de quartanis differemus, quas per initia moderate leniterque tractare oportet, nullum

χρὴ, μήτε φάρμακόν τι τῶν ἰσχυρῶν μηδὲν προσφέροντας μήτε κένωσιν, εἰ μή τι ἄρα πάνυ σφόδρα φαίνοιτο πλεονάζον αἷμα. καὶ εἰ διελόντι φλέβα τὸ ῥέον εἴη μέλαν καὶ παχὺ, μάλιστα δ' ἐν τοῖς σπληνώδεσι τοιοῦτον εὑρίσκεται, θαῤῥεῖν τῇ κενώσει· ξανθοῦ δὲ καὶ λεπτοῦ φανέντος, ἐπέχειν αὐτίκα. τέμνειν δὲ φλέβα ἤτοι τὴν ἐντὸς ἢ τὴν μέσην ἀγκῶνος ἀριστεροῦ, καὶ δίαιταν ἐφεξῆς ἄφυσόν τε καὶ χρηστὴν διαιτᾶσθαι, μαλάττοντας τὴν γαστέρα, καθ' ὅσον οἷόν τε διὰ τῶν (203) συνηθῶν. εἰ δὲ μηδὲν ἀνύοι ταῦτα, κλύσμασι χρῆσθαι κατ' ἀρχὰς μὲν μαλακοῖς, ὕστερον δὲ καὶ δριμυτέροις. χοιρείων δ' εἴργειν αὐτοὺς κρεῶν καὶ πάντων ὅσα γλίσχρα καὶ βραδύπορα καὶ τῶν ψυχόντων καὶ τῶν ὑγραινόντων ἐδεσμάτων ἁπάντων, οἴνῳ δὲ χρῆσθαι λευκῷ τε καὶ λεπτῷ καὶ συμμέτρως θερμῷ. καὶ πτηνῶν τοῖς εὐχύμοις καὶ οὐχ ἑλείοις· καὶ ἰχθύων τοῖς εὐπέπτοις τε καὶ μαλακοσάρκοις καὶ μηδὲν γλίσχρον ἔχουσι. καὶ ταρίχει δὲ χρῆσθαι καὶ νάπυϊ καὶ δι' ἡμερῶν τινων τῆς διὰ τριῶν πεπέρεων προσλαμβάνειν ἢ τοῦ διοσπολιτικοῦ φαρμάκου· καὶ εἰ πεπέρεως μόνου σὺν ὕδατι καθ' ἑκάστην

vehemens medicamentum aut vacuationem adhibentes, nisi sanguis admodum exsuperare videatur. Et si secta vena sanguis niger ac crassus, qualis maxime in lienosis conspicitur, profluat, audacter mittendus est, sin flavus ac tenuis, statim supprimendus. Secanda vero vel interna vel media sinistri cubiti vena est et victus deinceps qui flatus sit expers probumque succum generet adhibeatur, venterque si fieri potest consuetis emolliatur, quae si non profecerint, clysteribus per initia quidem mollibus, postea vero acrioribus sollicitandus est. A suilla autem carne cibisque omnibus glutinosis et lentis seu tarde meantibus, quique refrigerant et qui exsiccant arcendi sunt aegroti, vino vero albo, tenui et mediocriter calido utantur. Ex avibus autem quae boni succi sint ac non palustres, ex piscibus qui facile coquantur et molli minimeque glutinosa sint carne dare oportet. Salsamentis vero ac sinapi utendum est et certis diebus interpositis medicamentum quod ex triplici pipere est sumendum, aut diospo-

ἡμέραν λαμβάνοιεν, ὀρθῶς ἂν ποιοῖεν. τρίψεων δὲ καὶ περιπάτων καὶ λουτρῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνηθῶν μὴ παντελῶς εἴργειν. εἰ δὲ καὶ παντάπασιν ἀπέχεσθαι λουτρῶν δύναιντο, ταῖς τρίψεσιν ἀρκούμενοι μάλιστ᾽ ἂν ὀνίναιντο. καὶ εἰ βραχὺς εἴη καὶ μὴ πάνυ βίαιος ὁ τεταρταῖος πυρετὸς, ἐν ταῖς μέσαις τῶν ἡμερῶν οὐδὲν χεῖρον ἅπτεσθαι τῶν συνηθῶν γυμνασίων. ταῦτα μὲν δὴ κατὰ τὰς ἀρχὰς καὶ μέχρι τῆς ἀκμῆς πρακτέον. εἰ δ᾽ ἐν ἀκμῇ μάλιστά που δοκοίη τοῦ νοσήματος εἶναι ὁ κάμνων, τότε χρὴ διαιτᾶν μὲν λεπτότερον ἢ πρόσθεν τε καὶ ὄπισθεν· εὐθὺς δὲ καὶ ἡσυχάζειν εἰς μακρὸν κελεύειν· [357] καὶ τῶν σπλάγχνων προνοεῖσθαι, καταιονῶντά τε καὶ καταπλάττοντα τοῖς μαλάττειν τε καὶ χαλᾷν δυναμένοις. ἐφεξῆς δὲ τοῖς διουρητικοῖς καλουμένοις χρῆσθαι φαρμάκοις· καὶ εἰ τὰ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος σημεῖα φαίνοιτο, καθαίρειν τηνικαῦτα τοῖς τοὺς μέλανας χυμοὺς κενοῦσι φαρμάκοις χρὴ οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ἢν οὕτως δέῃ. χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν σιτίων ἐμέτοις τηνικαῦτα συνεχῶς, καὶ μηδενὸς κωλύοντος ἐλλέβορον λευκὸν διδόναι τὴν πρώτην

liticon, folumque piper cum aqua recte quotidie praebebis. A frictionibus vero, ambulationibus, balneis aliisque confuetis penitus arcendi non funt. Verum fi a balneis omnino abftinere poffent, folis contenti frictionibus plurimum juvarentur. Et fi brevis quartana fit minimeque violenta, non male per acceffionum intermiffiones aegroti ad folitas exercitationes fefe conferent. Haec quidem per initia usque ad vigorem peragenda funt. Quod fi in morbi vigore conftitutus aeger jam effe videatur, tunc tenuiori quam ante vel poft victus ratione uti debet, ftatimque longa quies imperanda eft, ac vifceribus providendum fotu ac litu, quibus emolliendi laxandique vis infit. Deinde medicamentis quae diuretica vocant urinas evocare oportet, et fi coctionis notae apparuerint, tunc medicamentis quae atram bilem educunt non femel, fed faepe purgare, fi res ita exigere videatur. A cibo vero aegrotum vomere oportet: tunc autem fi nihil vetet, album veratrum faepe dandum eft primum ra-

ἐπιμιγνύντα ῥαφανίσιν· εἰ δὲ μηδὲν ὀνίνει καὶ αὐτὸν τὸν ἐλλέβορον. οἷς δ' ἐμεῖν ἀδύνατον, τούτους σφοδρότερον καθήραντας κάτω τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου πίνειν διδόναι καὶ τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τοὺς τοιούτους ἐπαινεῖται πυρετούς· ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ σύνηθες ἡμῖν ἁπάντων δοκιμώτατον, ὀποῦ τοῦ Κυρηναϊκοῦ λαμβάνον. ὅσοι δὲ κατ' ἀρχὰς τῶν τοιούτων τι φαρμάκων ἔδοσαν ἢ ὅλως πρὸ τῆς ἀκμῆς, ἁπλοῦν μὲν ὄντα τὸν τεταρταῖον διπλοῦν πολλάκις ἐποίησαν, ἢ πάντως μείζονά τε καὶ χαλεπώτερον εἰργάσαντο· διπλοῦν δὲ ὄντα τριπλοῦν ἐποίησαν, ἢ πάντως γε τοὺς δύο χαλεπωτέρους τε καὶ μείζονας. οἶδα δέ τινα ἰατρὸν, ὅστις ἐτόλμησεν ὑπὸ τριῶν ἐχομένῳ τεταρταίων δοῦναι τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου οὔπω τοῦ νοσήματος ἀκμάζοντος· εἶτα οἷα εἰκὸς αὐξηθέντων ἁπάντων συνεχὴς διαδεξάμενος πυρετὸς ἀπέκτεινε τὸν ἄνθρωπον.

Κεφ. ιγ'. Ἀμφημερινὸν δὲ θεραπεύων ὀξυμέλιτί τε χρῶ κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας καὶ τοῖς οὖρα καλῶς προτρέπειν δυναμένοις καὶ τὸ σύμπαν σοι τῆς διαίτης κεφάλαιον

diculis immiſtum, quod ſi nihil profuerit, ipſum etiam veratrum. His vero qui vomere nequeunt, vehementius per inferiora purgatis medicamentum, quod ex viperis eſt temperatum, dandum eſt et alia quae adverſus has febres commendantur, in quibus omnium probatiſſimum habetur, quod ex liquore Cyrenaico conficitur, nobis uſitatum. Qui autem per initia aliquod ex his medicamentis dederunt aut omnino ante morbi ſtatum ex ſimplici quartana duplicem ſaepe aut omnino majorem ac difficiliorem, ex duplici vero triplicem aut omnino duas ipſas difficiliores ac majores reddiderunt. Novi enim medicum quendam, qui tribus quartanis laboranti medicamentum ex viperis ante morbi vigorem dare ſit auſus: deinde omnibus ut par erat adauctis aſſidua febris ſucceſſit, quae hominem jugulavit.

Cap. XIII. In curanda autem quotidiana primis diebus tum aceto mulſo tum his quae probe urinam cieant eſt utendum, ac in ſumma victus ratio incidendi vi praedita eſſe

τμητικώτερον ἔστω. περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν προνοεῖσθαι χρὴ τῆς γαστρὸς, μάλιστα δὲ τοῦ στόματος αὐτῆς. κἄπειτ᾽ ἐμεῖν ἀπό τε ῥαφανίδων καὶ σιτίων κελεύειν καὶ τοῖς φλέγμα κενοῦσιν ὑπηλάτοις χρῆσθαι. τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς διαίτης πρὸς τοὺς καινοὺς ἀποβλέπων σκοποὺς ἐξευρήσεις.

Κεφ. ιδ. Τοὺς δὲ συνεχεῖς πυρετοὺς, οἷς μὲν ἡ ἀκμὴ τοῦ νοσήματος οὐ πορῤωτέρω τῆς ἑβδόμης ἔσεσθαι μέλλοι καὶ ἔστιν ἡ δύναμις ἰσχυρὰ καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ὁμολογεῖ, τούτους μὲν ἀκριβῶς τε πάνυ διαιτᾷν καὶ λεπτῶς. ὅσοις δ᾽ ἤτοι πορῤωτέρω τῆς ἑβδόμης ἡ ἀκμὴ τοῦ ὅλου νοσήματος ἢ τὰ τῆς δυνάμεως οὐκ εὔρωστα, κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἁδρότερον, ἐγγὺς δὲ τῆς ἀκμῆς λεπτότερον, ἀκμαζόντων δ᾽ ἤδη λεπτότατον διαιτᾷν. εἶτ᾽ αὖθις ἁδροτέραν ἀεὶ καὶ μᾶλλον ὁμοίαν τὴν αὔξησιν ποιούμενον τῇ πρὸ τῆς ἀκμῆς μειώσει. αἵματος δὲ ἀφαίρεσις διά τε τὸ μέγεθος τοῦ νοσήματος καὶ οἷς πολὺ πλέον ἐρευθός ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν καί τις ὄγκος ἀήθης ὅλου τοῦ σώματος μετέωροί τε καὶ τεταμέναι φλέβες, τούτων ἀφαιρεῖν, ἤν μή σε τὰ τῆς δυνάμεως ἢ τὰ τῆς ἡλικίας ἤ τι τῶν ἄλλων ὧν κατ᾽

debet. Circa ſtatum vero de ventre maximeque ejus ore ſollicitum eſſe oportet: poſteaque jubere ut a raphanide et cibis aſſumptis aeger vomat: hisque utatur medicamentis, quae pituitam eliciant. Reliquam vero victus rationem ex communibus ſcopis facile invenies.

Cap. XIV. In febribus autem continuis, quibus morbi vigor non longius ſeptimo futurus eſt et vires validae ſunt aetasque conſentit, exquiſitus omnino et tenuis victus inſtituendus eſt. In quibus vero longius ſeptimo totius morbi ſtatus erit aut virtus imbecilla eſt, per initia quidem liberalius, inſtante vero ſtatu parcius, vigente autem morbo tenuiſſime alere oportet. Poſtea rurſus ſemper uberius eodem modo cibum augendo, quo ante ſtatum minuebatur. Sanguis vero et ob morbi magnitudinem et quibus rubor major quam naturae conveniat ineſt et univerſum corpus plus ſolito tumet aut venae eminentes ac diſtentae ſunt mittendus eſt, niſi vires, aetas et alia quae initio commemorata

ἀρχὰς εἶπον ἀπείργει. ὑγραὶ δὲ δίαιται ὅτι τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς ἅπασι συμφέρουσιν ὀρθῶς εἴρηται πάλαι. πτισάνης τε οὖν χυλὸν οἷς οὐκ ὀξύνεται διδόναι καὶ μελίκρατον οἷς οὐκ ἐκχολοῦται καὶ τὰ διὰ τοῦ χόνδρου ῥοφήματα καὶ ἄρτον δι' ὕδατος, ὅσα τ' ἄλλα τῆς αὐτῆς ἢ παραπλησίας ἐστὶ δυνάμεως. τοῖς δ' ἰσχυρῶς θερμοῖς καὶ καυσώδεσιν, ὅταν πρῶτον ἴδῃς τὰ τῆς πέψεως σημεῖα, θαῤῥῶν ὕδατος ἤδη ψυχροῦ διδόναι πίνειν [358] τῆς δόσεως τὸ πλῆθος, μετρῶν ὥρᾳ τε καὶ χώρᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ φύσει καὶ ἔθει. τοιαύτη μέν τις ἐν τῷ καθόλου φάναι τῶν ἄνευ συμπτωμάτων πυρετῶν ἐπιμέλεια.

Κεφ. ιε'. Τῶν δὲ μετὰ συμπτωμάτων πυρετῶν οὐκ ἔθ' ἁπλῶς οὕτως, ἀλλὰ μετρῆσαι χρὴ καθ' ὅσον οἷόν τε πηλίκος μὲν ὁ πυρετὸς, πηλίκον δὲ τὸ σύμπτωμα τὸ τὸν κίνδυνον ἐπιφέρον, καὶ πρὸς τὸ σφοδρότερον ἐν αὐτοῖς καὶ χαλεπώτερον ἵστασθαι, μηδὲ θατέρου παντάπασιν ἀμελοῦντας. φέρε γάρ εἴ τις πυρέττοι μὴ τῆς καλουμένης πληθωρικῆς διαθέσεως παρούσης, ἀλλ' ἐξ ἀπεψιῶν τε προσφάτων εἴη καὶ δάκνοιτο καὶ θλίβοιτο τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἢ καὶ χυμὸν

sunt prohibeant. Quod vero humidus victus acutis omnibus febribus conferat olim recte dictum est. Cremor igitur ptisanae in quibus non acescit exhibendus est et mulsa quibus in bilem non vertitur sorbitionesque ex alica et panis ex aqua aliaque quae aut eandem aut huic proximam facultatem obtineant. Quod si vehementer calidae sint deurantque febres, ubi primum coctionis notae apparuerint, cum fiducia danda in potu frigida est, cujus modum ex tempore, regione, aetate, natura et consuetudine metimur. Haec quidem in universum est curandarum febrium quae accidentibus carent ratio.

Cap. XV. Quae vero cum symptomatis sunt febres, haud ita simpliciter curantur, sed quoad fieri potest expendere oportet, quanta febris sit quantumque symptoma, quod periculum adferat, ac horum vehementiori molestiorique insistendum, non neglecto tamen omnino altero. Age igitur febricitet quispiam citra humorum redundantiam, sed cum recenti cruditate os ventris mordente prementeque rejecerit

τινα μοχθηρὸν ἐμημεκὼς εἴη καὶ τῇ τούτου διόδῳ μεγάλως βεβλαμμένος, ὥστε καὶ δυσφορεῖν καὶ ἀλύειν· ἆρ' ἐνταῦθα πρὸς τὸν πυρετὸν ἀποβλέψαντες μόνον κενοῦν ἐπιχειρήσομεν τὸ πλῆθος, ὅπερ ἄλλως ἂν ἀλύπως ἐπράξαμεν; ἢ πρότερον τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς προνοησόμεθα, κἄπειθ' οὕτως, ἐπειδὰν ἡμῖν καλῶς ἔχῃ τοῦτο, τὴν ἐνδεχομένην τοῦ παντὸς σώματος κένωσιν ποιησόμεθα; ἐμοὶ μὲν οὖν οὕτω δοκεῖ. πολλάκις γοῦν εἶδον πολλοὺς τῶν τοιούτων, τοὺς μὲν ἀπολλυμένους, τοὺς δ' εἰς ἔσχατον ἀφικομένους κινδύνου, ἐπιχειρησάντων αὐτοὺς κενοῦν τῶν ἰατρῶν, πρὶν ῥῶσαι τὸν στόμαχον. ἀλλ' οὐδὲ εἰ μετὰ διαῤῥοίας ὁ πυρετὸς εἴη, χρήζει τινὸς ἄλλης κενώσεως, ἀλλ' αὐτάρκης αὕτη, κἂν μὴ κατὰ λόγον ᾖ τοῦ πλήθους. ὅσοι γὰρ τῶν τοιούτων ὡς πλείονος χρηζόντων ἀφαιρέσεως ἤτοι τοῦ αἵματος ἀπάγειν ἐτόλμησαν ἢ τὴν γαστέρα κινεῖν, ἔτι μᾶλλον ὀξεῖς κινδύνους ἐπήνεγκαν. ἀλλ' οὐδ' εἰ σπώμενός τις ἅμα καὶ κενώσεως αἵματος εἴη χρήζων, οὐδὲ τούτῳ τοσοῦτον ἀφαιρεῖν προσήκει εἰσάπαξ ὅσου δεῖται τὸ πάθος, ἀλλά τι καὶ τῷ συμπτώματι καταλειπτέον ἱδρῶτάς

vomitione humorem aliquem vitioſum, qui in tranſitu ita vehementer aegrotum laeſerit, ut moleſte anxieque ferat. Solamne multitudinem ad febrem tum reſpicientes vacuare tentabimus, quod citra moleſtiam alioqui feciſſemus? An prius ori ventris proſpiciemus ac poſtea ubi recte id habuerit univerſum corpus quantum res ipſa expoſcit vacuabimus? Mihi ſane ita videtur. Tales igitur non paucos ſaepe vidimus alios quidem interiiſſe, alios vero in ſummum periculum fuiſſe adactos, quum eos vacuare ventris ore nondum confirmato medici tentaſſent. Sed nec ſi cum alvi profluvio febris fuerit alia vacuatione eſt opus. Verum ipſum per ſe ſufficit, etiam ſi non ſit pro plenitudinis ratione. Quicunque enim ab iis tanquam majori inanitione egentibus vel ſanguinem ducere vel ventrem movere auſi ſunt, in gravia pericula praecipitarunt. At ſi quis convulſus ſit ſimulque ſanguinis miſſione egeat, ne ſic quidem ſemel et univerſim tantum detrahes quantum affectus exigit, ſed et aliquid

τε πολλάκις κινοῦντι καὶ ἀγρυπνίας προσφέροντι καὶ τὴν ἰσχὺν καταβάλλοντι τοῦ νοσοῦντος. οὕτω δὲ καὶ εἰ ἀγρυπνία σφοδρὰ καὶ εἰ ἄλγημα σύντονον ἐνοχλοίη τὸν νοσοῦντα, φυλακτέον ἀθρόας τε καὶ πολλὰς κενώσεις. οἷον δέ τι σύμπτωμα καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὑπολογιστέον κρᾶσιν, ὅταν γε ἀκριβῶς ᾖ θερμὴ καὶ ξηρὰ καθάπερ τῆτες ἐν τῷ μεταξὺ κυνὸς ἀνατολῆς καὶ ἀρκτούρου. καὶ διὰ τοῦτο πάντες ἀπέθανον, ὧν οἱ μηδ' ὅλως ταῖς ὥραις προσέχοντες ἰατροὶ τὰς φλέβας τεμεῖν ἐθάῤῥησαν. οὕτω δὲ καὶ εἰ ψυχρά τις εἴη πάνυ σφόδρα, καὶ γὰρ οὖν καὶ τότε φυλακτέον ἀποχεῖν τι τοῦ αἵματος, εἰδότας οὐ μικροὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκολουθεῖν κιν(204)δύνους. ἀπόλλυνται δ' οἱ μὲν ἐν ταῖς θερμαῖς πάνυ καταστάσεσιν οὐκ ὀρθῶς κενωθέντες ὑπὸ τῆς καλουμένης συγκοπῆς τε καὶ διαφορήσεως. οἱ δ' ἐν ταῖς ψυχραῖς ἐν ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν καταψυχθέντες σφοδρῶς οὐκέτ' ἀναφέρουσι. ταῦτ' ἄρα καὶ τῶν χωρίων οὔτ' ἐν τοῖς θερμοῖς ἄγαν οὔτ' ἐν τοῖς ψυχροῖς αἵματος ἀφαιρέσει θαῤῥοῦμεν. ἀλλ' ἐὰν μὲν ὁμολογῇ τὰ τῆς ὥρας τῷ χωρίῳ, παντάπασιν ἀπεχόμεθα· μὴ ὁμολογούν-

ſymptomati eſt relinquendum, quod plerumque ſudores movet, vigilias adfert et robur dejicit aegrotantis. Ad eundem autem modum ſi vehemens vigilia dolorque gravis aegrotum infeſtet, ſubitas ac multas vacuationes vitare oportet. Aëris vero ambientis temperatura, quum omnino calida et ſicca eſt, qualis inter Canis et Arcturi exortum, ſymptomatis loco habenda eſt. Quocirca omnes quibus medici neglecta temporum ratione venam ſecare auſi ſunt perierunt. Ad eundem modum, ſi vehementer admodum frigida ſit, nam tum quoque a ſanguinis miſſione eſt temperandum, quando in talibus non parva ſequi pericula videmus. Etenim in calidis vehementer aëris conſtitutionibus improbe vacuati ſyncope, ut vocant, ac reſolutione intereunt. At in frigidis per acceſſionum initia vehementer refrigerati non amplius relevantur. Igitur neque in calidis neque in frigidis ſupra modum regionibus ſanguinem mittere audemus. Quod ſi regioni temporis conditio reſpondeat, omnino abſtinemus, at ſi non

Ed. Chart. X. [358. 359.] Ed. Baſ. IV. (204.)

των δὲ κενοῦμεν μὲν, ἀλλ' ἔλαττον πολὺ ἢ ὡς εἰ μηδ' ἕτερον ἐκώλυεν. οἷον δέ τι σύμπτωμα καὶ τὸ τοῦ νοσοῦντος εὐπαθὲς ὑφορᾶσθαι χρή. πολλοὶ γὰρ οὔτ' ἐκενώθησάν ποτε οὔτε κένωσιν ἀθροωτέραν οὐδεμίαν οὔτ' ἀσιτίαν μακροτέραν φέρουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν ἄῤῥωστοι τὴν ἅπασαν ἰσχὺν τοῦ σώματος [359] ἐπ' αὐτοῖς γίνονται ῥᾳδίως· οἱ δ' εὐθὺς τὸν στόμαχον φαύλως ἴσχουσιν, ὥστε ἀποστρέφεσθαι τὰ σιτία· καὶ εἰ βιασάμενοι λάβοιεν ἢ μὴ κατέχειν ἢ μὴ πέττειν καλῶς. ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς διαγνώσεως καὶ τὴν κρᾶσιν τοῦ νοσοῦντος θεωρητέον. ὅσοι γὰρ θερμοὶ καὶ ξηροὶ φύσει τυγχάνουσιν ὄντες, οὗτοι πάντες ὑπὸ τῶν ἀθρόων κενώσεων ῥᾳδίως βλάπτονται. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἔθος οὐ μικρὰ μοῖρα πρός τε τἄλλα σύμπαντα καὶ οὐχ ἥκιστα πρὸς τὴν τῆς κενώσεως ἔνδειξιν. οἱ μὲν γὰρ οὔτ' ἐκενώθησαν ἔμπροσθεν οὔτε ποτὲ κένωσιν ἀθρόαν ὑπήνεγκαν, παμπόλλοις σιτίοις ἐχρῶντο. τινὲς δ' ἔμπαλιν οὔτε πολλοῖς χρῶνται σιτίοις καὶ κενώσεων ἐθάδες εἰσί. τούτους μὲν οὖν ἀδεῶς κενωτέον, ὅταν γε καὶ τἄλλα ὑπαγορεύῃ. τοὺς δ' ἑτέρους τοὺς ἀήθεις οὐδ' εἰ

conſentit, vacuamus quidem, ſed longe minus quam ſi neutrum vetaret. Quin etiam velut ſymptoma quoddam ad ſuſcipiendam affectionem proclivitas conſideranda eſt. Multi enim nunquam evacuati fuerunt, neque ullam pleniorem vacuationem neque longiorem inediam ferunt, ut quae aliis omnes corporis vires facile dejiciant, aliis ſtatim os ventris adeo male afficiant, ut a cibis abhorreant et ſi aſſumere cogantur, aut non contineant aut improbe coquant. In hac dignotionis parte expendenda eſt aegri temperies. Natura enim calidi et ſicci omnes ab integra vacuatione prompte laeduntur. Conſuetudo quoque non parum habet momenti, cum ad alia omnia, tum maxime ad vacuationis indicationem. Alii enim nunquam ſunt vacuationem ante experti neque integram pertulerunt largoque cibo uſi ſunt. Alii contra amplo cibo nec utuntur et vacuationibus ſunt aſſueti. Hos igitur intrepide vacuare oportet, modo reliqua id faciendum dictent. Alios vero nempe inſolitos non item,

Ed. Chart. X. [359.] Ed. Baſ. IV. (204.)

τἄλλα σύμπαντα προτρέποιτο. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὰς ἕξεις τοῦ σώματος χρὴ σκοπεῖσθαι. τοῖς μὲν γὰρ πυκνὴν καὶ στερεὰν ἔχουσι τὴν σάρκα δυσπαθὴς ἡ ἕξις. ὥστ' οὐδὲν χρὴ δεδιέναι κενοῦν αὐτοὺς εἰσάπαξ, ἤν γε καὶ τἄλλα κελεύῃ. τοῖς δὲ μαλακήν τε καὶ βρυώδη καὶ διαῤῥέουσαν ἑτοίμως εὐπαθής ἐστι δεινῶς. ὥστε τῶν γε τοιούτων οὐδ' εἰ πάντα τἄλλα κελεύοι, τοῦ αἵματος ἀποχεῖν οὐδὲ τότε τολμητέον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις κενώσεσι καθ' ὅσον οἷόν τε μετρίως τε καὶ εὐλαβῶς χρηστέον. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι παχεῖς ὑπερβαλλόντως ἢ ἰσχνοὶ, καὶ γὰρ καὶ τούτων τάς τε φλέβας τέμνειν φυλακτέον καὶ τὰς ἄλλας κενώσεις τὰς ἀθρόας εὐλαβητέον. εἴη δ' ἂν ἐν τούτοις καὶ ἡ ἡλικία, καθάπερ τι σύμπτωμα κωλυτικὸν ἀθρόας κενώσεως· οὔτε γὰρ οἱ παῖδες οὔθ' οἱ γέροντες ἀλύπως αὐτὰς φέρουσι. πάντας οὖν τοὺς εἰρημένους, ὅταν αἱ διαθέσεις κένωσιν ὑπαγορεύωσιν, οὐχ ἅπαξ οὐδ' ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ κενωτέον, ἀσιτίαις τε συμμέτροις καὶ τρίψεσι καὶ κλύσμασι μαλακοῖς, καταιονήσεσί τε καὶ καταπλάσμασι καὶ βαλανείοις· ἑκάστου πάλιν τούτων τὴν ἔνδειξιν ἀπὸ τῶν

etiamſi reliqua omnia ſuadeant. Ad eundem vero modum et corporis habitus contemplandi ſunt. Nam qui denſa ſolidaque ſunt carne, haud facile iis injuriis patent. Itaque verendum non eſt eos ſemel vacuare ſi et alia hortentur. Qui vero mollem et algae modo teneram prompteque diſſluentem hanc habent, in gravem noxam facile ruunt. Quare ab his etiamſi omnia alia ſuadeant, ſanguinem ducere non audemus, verum aliis vacuationibus, quam moderatiſſime promptiſſimeque fieri poteſt utimur. Similiter autem et his, qui habitu ſunt immodice vel obeſo vel gracili venam ſaecare et alio quovis modo affatim vacuare timendum eſt. His vero aetas tanquam ſymptoma quoddam, quod affatim vacuare prohibeat, annumerari poteſt, neque enim pueri neque ſenes ſine moleſtia hanc vacuationem ſuſtinere polſunt. Hos igitur commemoratos omnes efflagitante vacuationem affectu non ſemel nec affatim ſed paulatim vacuare oportet, mediocribus inediis, frictionibus, mollibus clyſteribus, fotibus, cataplaſmatis et balneis. Quorum omnium rur-

προειρημένων λαμβάνοντας. οὕτω δὲ καὶ εἰ δύο ποτὲ συμπτώματα ἐναντία παρακολουθοίη, σκέπτεσθαι χρὴ, ὁπότερον αὐτῶν ἰσχυρότερόν ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ νοσήματα δύο περὶ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον εἴη, μαχομένας τὰς ἐνδείξεις ποιούμενα· καὶ γὰρ καὶ τότε πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἵστασθαι χρὴ, μηδὲ θατέρου παντάπασιν ἀμελοῦντας. τὰς δ' ἀπὸ τῶν συμπτωμάτων τε καὶ νοσημάτων ἐνδείξεις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αἰτίαν χρὴ σκοπεῖν, οἷόν ἐστι ἡ λειποθυμία καὶ ἡ ἔκλυσις. εἰώθασι γὰρ οἱ ἰατροὶ καθ' ἑνὸς πράγματος ἄμφω ταῦτα τὰ ὀνόματα φέρειν· αὐτὸ μὲν οὖν τὸ πρᾶγμα ἕν ἐστιν, αἰτίαι δ' αὐτοῦ πολλαί. λειποθυμοῦσι γὰρ ἐπί τε χολέραις καὶ διαῤῥοίαις καὶ δυσεντερίαις καὶ λυεντερίαις καὶ γυναικείῳ ῥῷ καὶ τραύμασιν, αἱμοῤῥοΐσι τε καὶ ἀναγωγαῖς αἵματος καὶ ταῖς διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίαις καὶ λοχείαις καθάρσεσιν ἀμέτροις. ἤνεγκε δέ ποτε καὶ ἀπεψία μεγάλη λειποθυμίαν καὶ μάλισθ' ὅταν ἀμετρότερον ὑπαγάγῃ τὴν γαστέρα. καὶ ὁ βούλιμος δὲ καλούμενος οὐδὲν ἄλλο ἢ λειποθυμία ἐστί. καὶ ὑστερικῆς πνίξεως ἁπάσης λειποθυμία προη-

ſus indicationes ab iis quae ante memorata ſunt deſumere oportet. Ad eundem vero modum, ſi quando duo ſymptomata contraria ſequantur, utrum eorum ſit vehementius conſiderandum eſt. Pari ratione ſi duo morbi in eodem homine pugnantes habent indicationes, tunc enim urgenti eſt inſiſtendum, ſed altero nequaquam neglecto. Quae autem a ſymptomatis et morbis ſumuntur indicationes, non ſimpliciter, ſed pro cauſa quae unumquodque attulit conſiderandae ſunt, velut animi defectio ac exſolutio. Sunt enim pro una eademque re ambo haec nomina a medicis uſitata, ipſa quidem res una eſt, ſed ejus cauſae multae. Anima enim deficit ex cholera, diarrhoea, dyſenteria, lienteria, fluxu muliebri, vulneribus, haemorrhoidibus, ſanguinis tum ex ore tum e naribus profuſione, immodicisque ex partu purgationibus. Nonnunquam vero animae defectum attulit magna cruditas, praeſertim quum alvum immodice ſubduxit. Et ingens fames, quae bulimos dicitur, nihil aliud eſt quam

γεῖται· καὶ ταῖς ἀναδρομαῖς τῶν ὑστέρων ἕπεται καὶ ταῖς παρεγκλίσεσι δὲ καὶ ταῖς φλεγμοναῖς αὐτῶν πολλάκις ἀκολουθεῖ. προηγεῖται δ' ἀποπληξίας τε καὶ κακοήθους ἐπιληψίας καὶ διαφορήσεων καὶ τῶν συγκοπῶν καὶ μαρασμῶν. ἀλλὰ καὶ συνεισβάλλει ποτὲ καταβολαῖς πυρετῶν οὐκ ὀλίγαις καὶ μάλισθ' ὅταν ἄκρως ᾖ ξηρὸν καὶ αὐχμῶδες ἢ πληθωρικὸν ἀμέτρως τὸ σῶμα. καὶ καυσώδει δὲ καὶ κακοήθει πυρετῷ συνεισέβαλέ ποτε· καὶ τοῖς μεγάλως καταψυχθεῖσι τὰ ἄκρα τοῦ σώματος ἐν ταῖς εἰσβολαῖς τῶν πυρετῶν· [360] καὶ ὅσοι διὰ μέγεθος φλεγμονῆς ἢ ἥπατος ἢ κοιλίας ἢ στομάχου πυρέσσουσι, καὶ οὗτοι λειποθυμοῦσι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν· μάλιστα δ' οἷς πλῆθος χυμῶν ὠμῶν καὶ ἀπέπτων καί τις ἔμφραξις ἐπικαίρου μορίου. λειποθυμοῦσι δὲ καὶ ὅσοις τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἄῤῥωστον, ἢ ὑπὸ μοχθηρίας χυμῶν δάκνεται ἢ ὑπὸ παχέων ἢ γλίσχρων ἢ ὑγρῶν ἢ ψυχρῶν βαρύνεται. καὶ μὲν δὴ καὶ ψυχικῶν παθῶν ἰσχύϊ λειποθυμοῦσί τινες· μάλιστα δὲ πρεσβῦται πάσχουσιν αὐτὸ καὶ οἱ ἄλλως ἀσθενεῖς. καὶ γὰρ λυπηθέντες αὐτῶν πολλοὶ καὶ χαρέντες καὶ

animi deliquium. Omnem etiam uteri ftrangulatum antecedit lipothymia, quemadmodum ejus tum afcenfum tum deflexum in latus tum inflammationes faepe fequitur. Sed et apoplexiam, comitialem morbum, fi quidem malignus eft, refolutionem, fyncopen et marcorem anteit. Nonnunquam cum febrium acceffionibus non paucis accedit: maxime fi corpus fumme aridum fit ac fqualidum aut immodice plenum. Cum febre quoque ardenti ac maligna, aliquando et quibus per febrium acceffiones extrema vehementer refrigerata funt, quique ob inflammationis vel jecoris vel ftomachi magnitudinem febricitant, iis per acceffionum initia anima deficit, praefertim ubi crudorum minimeque coctorum humorum multitudo aut infignis alicujus partis obftructio infeftat. Item et quibus os ventris aut imbecillum eft aut a vitiofis humoribus mordetur aut craffis vel glutinofis vel humidis vel frigidis ingravefcit. Quin et nonnulli affectuum animi vehementia deficiunt, praecipue fenes quique ex aliis imbecillitate aliqua laborant. Etenim ipfo-

Ed. Chart. X. [360.] Ed. Bas. IV. (204.)

praeteriisse, quod vacuari venas censeat, huncque statuisse curationis scopum, cui et crediderit, his in affectibus Erasistratum inediam consulere animadverterit. Constat enim istud iis evenire qui venae sectionem facultate par inediis auxilium esse pronunciant. Quod si facultate par non sit, sed quasdam distinctiones postulet, quas doctus comperiet, quando evacuationem per solam venae sectionem opportunius est fieri, et quando vel per inediam solam aut utrumque, evidenter eos ratio convincit. Scripsisset enim Erasistratus distinctiones illas, si, ut ipsi loquuntur, de venae sectione recta sensisset, adeo ut eorum oratio in utrumque remedium seipsam convertat. Si etenim id facultate par existat; ea re Erasistratus in tractatu de febribus aliisque libris quorum paulo ante memini, de venae sectione aliquid scriptis mandare praetermisit. At si haud omnino par sit venae sectionis auxilium inediae, non recte illi dijudicant qui nobis ex iis quae de inedia scripsere de venae sectione conjecturam faciendam esse proferunt. Ad hoc equidem rursum eorum ora-

ἀσιτίαν ἀποφαίνων ἄχρηστον. εἴπερ γὰρ ὅτι κενουμέναις ταῖς φλεψὶ ἐν ταῖς ἀσιτίαις ἕπεται τὸ μειοῦσθαι τὰ πάθη, διὰ τοῦτο αὐτὰς παραλειψόμεθα, πολλῷ βέλτιόν ἐστι ἅπαξ ἐκκενώσαντας τὸ περιττὸν ἀποστῆναι τῶν ἀσιτιῶν, ἀηδίαν τε πολλὴν παρεχουσῶν τοῖς κάμνουσι καὶ ἀγρυπνίαν καὶ ἄσην ἐπιφερουσῶν, ἔτι τε στομάχου κάκωσιν καὶ χυμῶν διαφθορὰν καὶ γαστρὸς, ἐνίοτε καὶ οὔρων ἐπίσχεσιν.

Κεφ. γ'. Ὅτι δὲ ὄντως Ἐρασίστρατος οὐ κέχρηται τῇ φλεβοτομίᾳ, δῆλον ἐναργῶς ἐστιν ἐκ τῶν ἐν τοῖς διαιρέσεων βιβλίοις γεγραμμένων ἀῤῥώστων, ἐφ᾽ ὧν διηγούμενος ἅπαντα τὰ πραχθέντα κατὰ τὴν θεραπείαν οὐδαμῆ φαίνεται φλεβοτομίας μνημονεύων. ἅπαντας μὲν οὖν αὐτοὺς προχειρίζεσθαι μακρὸν, ἀρκεῖ δ᾽ ἀναμνῆσαι μόνων ἐκείνων, ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφην τοὺς πρεσβύτας ἰατροὺς μνημονεῦσαι. γέγραπται δ᾽ αὐτῶν ὁ μὲν ἐν τῷ προτέρῳ τῶν διαιρέσεων, ὁ δ᾽ ἕτερος ἐν τῷ δευτέρῳ. καίτοι καὶ νῦν ἤδη καιρὸς αὐτὰς τὰς λέξεις παραγράψαι, καθ᾽ ἃς ὁ Ἐρασίστρατος ἅπαντα διηγεῖται τὰ γενόμενα τοῖς ἀῤῥώστοις. ἐν μὲν οὖν τῷ προτέρῳ τῶν

tio seipsam implicat, quae inediam inutilem indicat. Nam si propterea inedias ipsas admittamus, quod evacuatis per eas venis affectiones imminui sequatur, multo commodius fuerit evacuato semel superfluo ab inediis abstinere, ut quae multas aegrotantibus molestias et vigilias concitet, jactationem stomachi, vitium, humorum et ventriculi corruptionem et interdum urinae suppressionem inferat.

Cap. III. Quod autem Erasistratus revera venae sectione non sit usus, ex aegrotis quos in libris divisionum scripsit manifeste constat, in quibus explicans quaecunque in curatione facta fuerant, nullibi venae sectionem commemorasse conspicitur. Caeterum aegrotos omnes in medium proferre prolixum, sufficit eos solos recordari quorum memoriam paulo ante dixi seniores medicos celebrare. Ex illis unus in priore, alter in posteriore divisionum libro descriptus est. Jam vero nunc etiam occasio est ipsa ascribendi verba, quibus Erasistratus quaecunque circa aegrotos acta

βιβλίων οὕτως ἔγραψε· τῇ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκῃ τὰ μὲν γενόμενα τῶν καθάρσεων τοπρῶτον ἐπεσχέθη ἐπὶ πλείω χρόνον. ἔπειτα εἵπετο τὰ βηχία καὶ ἀναγωγὴ φλέγματος. χρόνου δὲ προϊόντος αἵματος ἀναγωγὴ ἐγένετο, κατὰ τὴν τῶν καθάρσεων περίοδον ἑαυτῇ ἠκολούθει, ἐνίοτε μὲν διὰ μηνῶν δ', ὁτὲ δὲ διὰ δύο. εἰ δέ πως ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς αἱ καθάρσεις ἐγίνοντο καὶ ἡ ἀναγωγὴ συνέβαινεν, παρηκολούθει ἐφ' ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας· ὥστε παντάπασιν ἐμφαίνειν ὅτι ἀντὶ τῶν καθάρσεων ταύτην τὴν ἔκκρισιν λαμβάνει. ἐπηκολούθει δὲ καὶ πυρετὸς ἐν ταύταις [411] ταῖς ἡμέραις· ἔπειτα ἀπεκαθίστατο. ταῦτα προειπὼν ὁ Ἐρασίστρατος ἐφεξῆς γράφει περὶ τῶν ἰαμάτων αὐτῆς ὧδε· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις χρόνοις αὕτη ἐπεχείρησε θεραπεύεσθαι πόμασί τε καὶ πυριάσεσι τῆς ὑστέρας καὶ προσθέτοις καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ πρὸς ταῦτα ἁρμοζούσῃ. ἦν γάρ δή τις καὶ περὶ τὸ στόμα τῆς ὑστέρας οὐκ ἰσχυρὰ σκληρότης, οὐδαμῶς δὲ οὐδὲν ὑπακουούσης τῆς θεραπείας, ἀλλὰ κατά τινα μίαν περίοδον εἰς τὴν ὀσφὺν βάρους ἀπαντήσαντος,

funt enarrat. In priore itaque libro ita fcripfit: Puellae Chienfi ea acciderunt. Primum menftruae purgationes diuturniori tempore fuppreffae fuerant. Deinde fubfequutae funt tufficulae ac pituitae ejectio. Tempore procedente fanguinis rejectio oborta eft. Quod ad purgationum circuitum fpectat, is interdum quarto, nonnunquam fecundo menfe ipfi accedebat; iisdem prope diebus quibus purgationes fiebant rejectio accidebat, quae triduum et quatriduum perdurabat. Quare perfpicuum omnino erat, loco purgationum eam excretionem fortitam effe. Subfequuta autem fuerat hisce diebus febris, quae poftea definebat. Haec Erafiftratus praefatus, deinceps de remediis hoc pacto fcribit. Primis autem temporibus ipfa potionibus et fomentis uteri et fubditis peffariis, et reliqua victus ratione ad haec idonea curari aggreffa eft. Erat enim quaedam circa os uteri non gravis durities. Quum autem non fuccederet curatio, imo quum uno quodam circuitu in lumbos gravitas incumberet, humiditasque nulla adeffet, et magis continuae febres obortae funt, vel etiam

ὑγρασίας δὲ οὐδεμιᾶς, οἵ τε πυρετοὶ συνεχέστεροι ἦσαν ἢ καὶ τῷ σώματι ᾧ ἐνεδίδουν καὶ βῆχες ἠκολούθουν σφοδραί. τῆς μὲν οὖν περὶ τὴν ὑστέραν θεραπείας ἀπέστημεν, ἐργῶδες ὑπολαμβάνοντες εἶναι τῶν πυρετῶν μενόντων καθάρσεις ποιεῖσθαι· τῇ δὲ λοιπῇ θεραπείᾳ χρώμεθα, ὡς εἰθίσμεθα πρὸς τὰ τοιαῦτα τά τ᾽ ἄλλα καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν περίοδον τῶν καθάρσεων προσλαμβάνοντες ὑπεστέλλομεν τὰ σιτία, καὶ ἡ μὲν τοῦ αἵματος ἀναγωγὴ οὐκ ἐγένετο ἀλλ᾽ ἢ ἅπαξ ἐπὶ βραχύ. ἀλλὰ μέντοι οὐδὲν ἔφρασεν, ἀλλά που καὶ ἀνέτρεχον ἤδη πυώδεις ἀναγωγαί. φλεβοτομίας λόγος ἐνταῦθα οὐδεὶς, καὶ προσῆκον γ᾽ ἦν, ὡς ἅπαντες ἴσασιν οἱ τῶν ἔργων τῆς τέχνης ἔμπειροι, τὴν ἀρχὴν τῶν βοηθημάτων ἀπὸ φλεβοτομίας ποιεῖσθαι. ἴσως τις φήσει τούτων τῶν ἅπανθ᾽ ἑτοίμως λέγειν οὐκ ὀκνούντων, ὡς οὐ παρ᾽ Ἐρασιστράτου τῆς θεραπείας προσισταμένου ταῦτ᾽ ἐγένετο. διηγεῖται δὲ αὐτὰ νῦν ἡμῖν ἕνεκα τοῦ μηδὲν τῶν πραχθέντων λαθεῖν. ἀλλ᾽ ἐξελέγξει γε τούτους τὸ ἐπιφερόμενον, ἔνθα φησὶ, τῆς μὲν οὖν περὶ τὴν ὑστέραν θεραπείας ἀπέστημεν, ἐργῶδες ὑπολαμβάνοντες εἶναι

corpori correpto tuſſes vehementes ſucceſſerunt. Ab admotis igitur circa uterum remediis abſtinuimus, arduum eſſe arbitrari permanentibus ſebribus menſtruas purgationes moliri; reliquis vero remediis uſi ſumus, quemadmodum et in hujusmodi et aliis affectibus conſuevimus. Etiam ad curationem purgationum circuitu obſervato, cibaria ſubtrahebamus ac ſanguinis ejectio non amplius quam ſemel et pauxilla ſupervenit. Sed certe nihil poſtea, verum et quandoque recurrebant purulentae rejectiones. Venae ſectionis verbum hic nullum, atque conſentaneum erat, ut omnes norunt operum artis periti, principium auxiliorum a venae ſectione ducere. Fortaſſis aliquis eorum qui omnia prompte aſſerere non gravantur dicet ab Eraſiſtrato curationis praeſecto haec facta non fuiſſe, ſed haec nunc ab eo prodita eſſe, quo nos nihil eorum lateat quae acta eſſent. At hos evincet quod infertur, ubi ait: A curatione igitur circa uterum adhibenda abſtinuimus, periculoſum eſſe arbitrari ſebribus duranti-

Ed. Chart. X. [411.] Ed. Baf. IV. (9.)

τῶν πυρετῶν μενόντων τὰς καθάρσεις ποιεῖσθαι, τῇ δὲ λοιπῇ θεραπείᾳ χρώμεθα πρὸς τὰ τοιαῦτα, τά τε ἄλλα καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν περίοδον τῶν καθάρσεων προσλαμβάνοντες ὑπεστέλλομεν τὰ σιτία. ἐν τούτοις γὰρ ὁ Ἐρασίστρατος ἐνδείκνυται σαφῶς οὐχ ἑτέρων θεραπείαν διηγούμενος, ἀλλ' ἑαυτὸν συναριθμῶν τε καὶ συνεπιγράφων ἅπασι τοῖς πραχθεῖσι περὶ τὸν ἄνθρωπον. τὸ γὰρ ἀπέστημεν, καὶ ἀπολαμβάνοντες, ἔτι τε τὸ χρώμεθα καὶ τὸ προσλαμβάνοντες, ἔτι τε πρὸς τούτοις τὸ ὑπεστέλλομεν τὰ σιτία, προδήλως ἐνδείκνυται δυοῖν θάτερον, ἤτοι γ' αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι τῆς θεραπείας τὸν Ἐρασίστρατον ἢ τοῖς ὑφ' ἑτέρου γιγνομένοις ἀρέσκεσθαι. καὶ μὴν εἴπερ ἠρέσκετο τοῖς πραττομένοις, ἐναργὲς ἂν εἴη τεκμήριον αὐτοῦ τῆς γνώμης ἣν εἶχε περὶ φλεβοτομίας. τὸ γὰρ ὑποστέλλειν τὰ σιτία δυοῖν τούτοιν τὸ ἕτερον, ἤτοι ἀφαιρεῖν τελέως ἢ μειοῦν. ὅπερ ἐπὶ τῆς νοσούσης ὁ Ἐρασίστρατος ἔφη πεπρᾶχθαι, καθ' ὃν καιρὸν τῆς καθάρσεως περίοδος ἦν, ὡς ὡμολόγει τοῖς ἄλλοις συγγράμμασι ἅπασιν αὐτοῦ, καὶ ταῖς φλεβοτομίαις μὲν οὐδαμόθεν χρώμενος, συμ-

bus menftruas concitare purgationes, reliquis vero remediis ufi fumus ad ejusmodi et alios affectus, atque ad medendi rationem circuitu menftruorum purgationum obfervato, cibaria fubtrahebamus. In his enim Erafiftratus aperte indicat, fe non aliorum curationem recitare, fed fuam ipfius enumerare, fimulque omnia circa aegrotam hominem peracta perfcribere. Nam et *abftinuimus* et *arbitrati* nec non *ufi fumus* ac *obfervato* et *fubtrahebamus cibaria,* alterum ex duobus manifefte declarat, aut quod Erafiftratus curationem enarret, aut probet quae ab altero facta funt. Quod fi certe curationem obeuntes probaverit, manifefta erit ejus quam de venae fectione habuit fententiae conjectura. Nam cibos fubducere ex his duobus alterum declarat, aut prorfus adimere aut imminuere; quod Erafiftratus fe in aegrota feciffe profert, quo tempore menftruo purgationis circuitus aderat. Sic caeteris omnibus illius fcriptis confentaneum eft ipfum venae fectione nequaqaam ufum fuiffe, fed inediam

Ed. Chart. X. [411. 412.] Ed. Baf. IV. (9.)

βουλεύων δ' ἀσιτεῖν. εἰ μή τι ἄρα κἀνταῦθα φήσουσί γε φλεβοτομεῖσθαι μὲν τὴν γυναῖκα, παραλελεῖφθαι δὲ ἐν τῇ διηγήσει τὸ βοήθημα, νοούντων ἡμῶν αὐτὸ προσῆχθαι, κἂν μὴ ῥηθῇ. τί δή ποτ' οὖν καὶ περὶ τῆς ἀσιτίας οὐκ ἐσίγησε, νοεῖσθαί τε δυναμένων καὶ ταῦθ' ὁμοίως; ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ποτημάτων καὶ τῆς πυριάσεως καὶ τῶν προσθέντων. εἰ γὰρ μηδ' ὅλως ἐγέγραπτο πρὸς Ἐρασιστράτου, πάντως ἄν που συνήκαμεν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτὰ πεπρᾶχθαι. ὥς τό γε συνιέντων πεπραγμένον, εἰ καὶ μὴ ἐγέγραπτο, κοινὸν ἁπάντων ἐστὶ τῶν βοηθημάτων. ἀλλ' Ἐρασίστρατός τε διηγεῖσθαι πάντα προὔθετο, σαφηνείας ἀκριβοῦς ἕνεκεν, ἵνα μή τις τὴν ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ μὲν προστιθέναι τῶν βοηθημάτων, ὡς προσαχθέντα τῇ καμνούσῃ, τὰ δ' ἀφαιρεῖν, ὡς παραλειφθέντα, πρὸς τῷ καὶ μάχεσθαι τῇ τούτων [412] δόξῃ τὴν διήγησιν αὐτοῦ. εἰ γὰρ ὅλον ἐφλεβοτομήθη τὸ γύναιον, ἡ ἀσιτία μάτην παρελαμβάνετο. μᾶλλον δ', εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μάτην μόνον, ἀλλὰ καὶ

confuluiffe. Nifi quid rurfum hic dicant, mulieri venam quidem fectam fuiffe, verum id auxilium in enarratione omiffum effe, quum nobis exiftimandum fit id fuiffe adhibitum, quamquam non fit enarratum. Cur ergo de inedia quoque non conticuit, quum et haec in ea fimiliter animadvertere poffimus? Eadem autem ratio eft tum de potionibus tum de fomentatione et admotis medicamentis. Si namque de his nihil quicquam prorfus ab Erafiftrato fcriptum fuiffet, omnino tamen a medicis ea peracta effe mente deprehendimus, ut qui quod adminiftratum eft licet haud praefcribatur, id univerfis auxiliis effe commune animadvertimus. At Erafiftratus accuratae perfpicuitatis gratia omnia fimul enarrare propofuit, ne quis auctoritatem adeptus haec quidem adjiceret auxilia, prout aegrotae adhibita fuiffent, illa vero velut jam praetermiffa fubtraheret. Praeterea quoque ipfius enarratio iftorum opinioni repugnat. Si enim muliercula venae fectionem tulerit, inedia fruftra eft ufurpata; quin potius, fi veritas proferenda fit, non fruftra folum, verum

πρὸς κακοῦ. δείξω γὰρ ὀλίγον ὕστερον τοῦτο, νῦν δὲ ὅτι μάτην ἁρμόττει πρὸς τὸν ἐνεστῶτα λόγον. ἐπεὶ γὰρ ἐν (10) τῷ καιρῷ τῆς κατὰ περίοδον καθάρσεως ἐπὶ θώρακα φερομένου τοῦ περιττοῦ κίνδυνος ἦν αἷμά τι πτύσαι τὴν γυναῖκα, μειῶσαι τὸ πλῆθος ὁ Ἐρασίστρατος βουλόμενος ἐπὶ τὴν ἀσιτίαν ἀφίκετο προδήλως ματαίαν οὖσαν, εἴπερ ἡ φλεβοτομία παρείληπτο, καθ' ἣν ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ῥᾷστον ἦν ἐκκενῶσαι τὸ περιττὸν τοῦ αἵματος. οἱ γοῦν θεραπεύοντες ἐν Ῥώμῃ τὰς γυναῖκας αὐτῇ τοῦ συμβαίνοντος ἐμπειρίᾳ μάλιστα ἐπείσθησαν, ἐπὶ μὲν τὴν φλεβοτομίαν ἔρχοντες κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ᾧ ἐπίδοξος ἡ φορὰ γενέσθαι τῶν καταμηνίων, μήτε δ' ἡσυχίαν προστάσσειν μήτ' ἀσιτίαν, ἀλλὰ καὶ μελίκρατον διδόναι καὶ τροφῆς ὑγραινούσης δαψιλῶς καὶ λουτροῖς χρῆσθαι συγχωρεῖν, ἐφ' οἷς εἴωθεν εἰς ταυτὸν, ὅτε γε μετρίως ἀφαιρεθῶσι τοῦ αἵματος, ἡ κάθαρσις ἐπιφαίνεσθαι, καὶ μάλισθ' ὅτε κατ' ἰγνὺν παρὰ σφυρὸν ἡ φλεβοτομία γένηται. ὡς εἴγε φλεβοτομήσας τις ἀσιτεῖν προστάξειεν, οὐ μόνον ἐπίσχῃ τὰ τῶν ἔμπροσθεν μηνῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀμέμπτως κενουμένας

etiam non ſine noxa. Sed id paulo poſt demonſtrabimus, nunc vero eam fruſtra congruere praeſens explicat oratio. Quum enim periodicae purgationis tempore exuberans in thoracem reflueret ſanguis, periculum erat portionem ejus mulierem expuere, Eraſiſtratus plenitudinem minuere cupiens ad inediam ſe contulit, quae plane ſupervacanea eſt ſi venae ſectio uſurpetur, qua momento temporis exuberantem ſanguinem evacuare facillimum erat. Proinde qui Romae mulieribus medebantur, ipſi rei quae contigerat experientiae potiſſimum fidem adhibuerunt, ad venae ſectionem circa id tempus accedentes, quo celebris menſtruorum imminebat eruptio. Neque vero quitem imperabant, neque inediam, ſed melicratum offerebant victuque humectante abunde uti ac lavacris concedebant, a quibus conſueverunt ad id mediocri ſanguine detracto menſtruae purgationes exoriri, praeſertimque quum ad poplitem prope malleolum venae ſectio ſit. Quod ſi quis vena ſecta inediam ferre imperaverit, non ſolum menſtrua prius fluentia ſupprimet, verum etiam

Ed. Chart. X. [412.] Ed. Baſ. IV. (10.)

ἐπισχεθήσειεν νῦν καθάρσεις. ξηραίνεται γὰρ ἐν ταῖς ἀσιτίαις καὶ παχύτερον ἑαυτοῦ γίνεται τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο δύσρουν ἀποτελεῖται. λουομέναις δ᾽ αὐταῖς καὶ μελικράτου μὲν προσλαμβανούσαις, ἐς ὕστερον δέ τινα σιτία καὶ πινούσαις οἶνον μήτε αὐστηροῦ μήτε παχέος αἱ καθάρσεις ἐπιγίνονται. διὰ τοῦτο οὖν ἔφην οὐ μόνον ἐκ περιττοῦ παραλαμβάνεσθαι τὰς ἀσιτίας ἐπὶ ταῖς φλεβοτομίαις, ἀλλὰ καὶ πρὸς κακοῦ. τῇ δὲ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκῃ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπιγινομένων εὔδηλόν ἐστι παραλελεῖφθαι τὴν φλεβοτομίαν· αἵματός τι γὰρ ἔπτυσεν, οὐκ ἄν, εἴπερ ἐκενώθη, πτύσασα, καὶ μετὰ δυσπνοίας ἀπέθανε, οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο παθοῦσα. μεγίστην δὲ βάσανον ἡ φλεβοτομία παρεῖχε κατὰ τοὺς ἡμετέρους καιροὺς ἐν Ῥώμῃ διὰ τὸ πλῆθος τῶν γυναικῶν ὕδωρ ψυχρότατον ἀπὸ χίονος πινουσῶν, ἤτοι μηδ᾽ ὅλως ἢ ἐλλειπῶς καθαίρεσθαι. ἀλλ᾽ ὅμως ταύτας ἰατροὶ φλεβοτομοῦντες ὑγιαινούσας διαφυλάττουσιν, ὡς μήθ᾽ αἷμα πτύσαι μήτε πλευρίτισι ἢ περιπνευμονίαις ἢ κυνάγχαις ἁλῶναι. οὔκουν οὐδὲ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκην ἤκουσαν ὑπ᾽ Ἐρασιστρά-

purgationes quae innoxie vacuabantur remorabitur. Sanguis enim per inedias areſit, ac ſe ipſo craſſior evadit, ob idque ad fluendum ineptus efficitur. At quae lotae fuerint et mulſum primum, ac poſtea cibos quosdam aſſumpſerint et vinum neque auſterum neque craſſum biberint, his menſtruae purgationes oboriuntur. Ob idque inedias poſt venae ſectionem non fruſtra tantum, verum etiam cum noxa promoveri dicebam. Caeterum venae ſectionem puellae Chienſi non promotam fuiſſe, etiam ex his quae ſupervenerant patet, ſanguinis enim aliquantum expuebat, quem nequaquam expuiſſet, ſi fuiſſet vacuata, atque cum ſpirandi difficultate mortua eſt, quod ipſi haudquaquam accidiſſet. Maximum autem ſui experimentum Romae noſtris temporibus exhibuit venae ſectio ob plenitudinem celebrata, quum mulieres quod aquam frigidiſſimam ex nive potarent, aut nullo prorſus modo aut diminute purgarentur, has tamen medici venae ſectione adeo incolumes conſervarunt, ut neque ſanguinem ſpuerent, neque pleuritide aut peripneumonia aut angina corriperentur. Non ergo puellam Chienſem ab Eraſiſtrato

Ed. Chart. X. [412. 413.] Ed. Baf. IV. (10.)

του φλεβοτομηθῆναι. οὔτε γε ἂν ἐν τῇ τῶν ἄλλων διηγήσει παρέλιπεν ὡς μικρόν τι βοήθημα τῆς φλεβοτομίας, οὔτ᾽ ἂν ἐκεῖνος διὰ τὴν ἀσιτίαν, οὔτ᾽ ἂν ὅλως ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἡ γυνὴ πνιγεῖσα. περὶ μὲν δὴ ταύτης ἀποχρήσει πρός γε τὸ παρόν. ἐπὶ δὲ τὸν Κρίτωνα μεταβάντες ἤδη παραγράψομεν αὐτῇ λέξει τὴν Ἐρασιστράτου διήγησιν ὧν ἔπαθεν ὁ ἄνθρωπος. ἔχει δὲ οὕτως· Κρίτωνι ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἀῤῥωστίας ἐγένετο πληθώρα. συνέβη δὲ αὐτὸν ἐμπεσεῖν εἰς πλήθη συναγχικά. ἔστι δὲ τὸ γινόμενον φλεγμονὴ τῶν τε παρισθμίων καὶ τῆς ἐπιγλωττίδος. συμβαίνει οὖν τοὺς εἰς ταῦτ᾽ ἐμπίπτοντας πνίγεσθαι, καὶ ἐὰν μὴ θᾶττον βοηθῶνται, συντόμως ἀπόλλυσθαι. ἐν τούτοις οὖν ὄντος τοῦ Κρίτωνος τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ βοηθοῦμεν πυριῶντες σπόγγοις τὸν εἰθισμένον τρόπον, ὁπότε διελείποιμεν τὰ καταπλάσματα ἐπιθέμενα, ὥστε διὰ παντὸς ἐν θεραπείᾳ εἶναι. ἐδόθη δὲ αὐτῷ καὶ καταπότια τὰ διὰ τοῦ καστορίου πρὸς τὸ τὴν κοιλίαν ὑπάγειν, καὶ πρὸς τούτοις ὑπήκουσεν ἀστείως. οὐδένα λανθάνειν οἶμαι τὴν ἐπιμέλειαν τῆς διηγήσεως ἁπάν[413]των τῶν πραχθέντων

venae fectione curatam fuiffe fufpicentur. Neque ille in aliarum rerum enarratione auxilium venae fectionis tanquam rem parvi momenti praetermififfet, neque ob inediam ille, neque omnino a copia fanguinis praefocata mulier interiiffet. Sed de hac impraefentiarum fufficiat. Translato vero jam ad Critonem fermone, ipfi orationi Erafiftrati enarrationem afcribemus de his quos homo patitur affectibus. Sic autem fe habet: Critoni quidem plenitudo morbi fuit initium. Contigit vero ipfum in plenitudinem fynanchicam incidiffe, haec autem eft et parifthmiorum ligulaeque inflammatio. Accidit itaque, qui in eam inciderint, eos fuffocari, ac nifi celerrime illis fuccurratur, brevi interire. Quum autem in horum numero effet Crito, primo die illum more confueto fpongiis foventes opitulati fumus, quo tempore admota cataplafmata reliquimus, ut in curatione perpetuo effet. Exhibita etiam ei funt catapotia ex caftoreo, ad alvum fubducendum, quae his commode fubducta eft. Neminem latere arbitror diligentiam narrationis omnium quae circa Critonem

ἐπὶ τοῦ Κρίτωνος. καὶ γὰρ διὰ τῶν σπόγγων πυρίαν εἶπε καὶ τὴν τῶν καταπλασμάτων χρῆσιν, ἔτι τε τὴν τῶν καταποτίων. ἆρ' οὖν ὅτι μὲν ἐπυριάσθη διὰ τῶν σπόγγων ἐδήλωσε καὶ τἄλλ' ἑξῆς ἐπιμελῶς διηγήσατο, περὶ δὲ τῆς φλεβοτομίας ἑκὼν ἐσιώπησεν, ὅτι μικρότερον ἦν δηλαδὴ τοῦτο τὸ βοήθημα. μεμνῆσθαι δ' οὐ προσήκει μοι τῶν πάνυ μικρῶν ἐν τοιαύταις διηγήσεσιν. ἀλλά τοι κἀνταῦθα μετ' ὀλίγα πάλιν αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος ἐρεῖ. ἐφαίνετο οὖν ἡμῖν μετάστασιν εἰληφέναι τὰ πάθη, ἐπί τε τὸν πνεύμονα καὶ τὸ ἧπαρ καταῤῥυῆσαι μὲν αὐτῷ τὴν συνάγχην, αὐξηθῆναι δὲ τοὺς πυρετοὺς ἄνευ τῇ καθ' ὑποχόνδριον ἐντάσει τὴν μετάσχεσιν ἐλογίσατο γεγενῆσθαι τῶν παθῶν. ἔνθα τε καὶ μάλιστα τὸν νοῦν προσέχειν ἀξιῶ σκοπούμενον οἷόν τί σοι διὰ τῆς λέξεως ταύτης, ἐν ᾗ φησὶ μετάστασιν εἰληφέναι τὰ πάθη, πότερον αὐτῶν τῶν φλεγμαινόντων μορίων μεταβάντων ἢ τοῦ αἵματος, ὃ τὴν φλεγμονὴν αὐτῶν εἰργάζετο, μεταῤῥυέντων. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τὸ πρότερον μὲν τῶν προειρημένων μηδὲ νοηθῆναι δύνασθαι, τὸ δεύτερον δ' ἐξ αὐτῶν εἶναι τὸ ἀληθές. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐνίοτε

acta funt. Nam et admotos ex fpongiis fotus et cataplasmatum et praeterea catapotionum ufum retulit: proindeque quod per fpongias fotus ac calefactus fuerit manifefte declaravit, ac reliqua deinceps ftudiofe enarravit, fed de venae fectione confulto filuit, quod fcilicet auxilium iftud vilius aeftimaverit. At quae perexigua his in enarrationibus proftant commemorare mihi non congruit, verum hic paulo poft rurfum ipfe Erafiftratus ait: Apparebat itaque nobis affectus ipfos ad pulmonem heparque translationem cepiffe et illuc fynanchen defluere, ac febres augeri. Hic affectuum translationem fine hypochondriorum tenfione factam effe recenfuit, ubi maxime mentem adhibendam effe cenfeo, quae animadvertat quale quid tibi per hanc dictionem, qua ipfos affectus translationem cepiffe ait, utrum ad ipfas quae inflammantur partes permutatas pertineat, an ad fanguinis qui earum inflammationem concitavit transfluxum. Mihi fiquidem primum ex praedictis ne cogitari quidem poffe videtur, alterum autem illorum verum effe conftat. Ego nam-

τὸ κατασκῆψαν εἰς τὸ μόριον πλῆθος ἴσχων, εἶτ᾽ αὐτὸ διώσασθαι τῆς ἐν ἐκείνῳ δυνάμεως ἐφ᾽ ἕτερόν τι μεθίσταται. τοῦτο τοίνυν φαίνεται καὶ τῷ Κρίτωνι συμβὰν, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ τότε φλεβοτομίας ἐμνημόνευσεν ὁ Ἐρασίστρατος. ἀλλὰ τί φησι; κατεπλάσσετο καὶ τὸν θώρακα ὅλως καὶ τὰ ὑποχόνδρια. ὥσπερ δὲ ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἐπιγλωττίδα καὶ τὰ παρίσθμια μορίων ἡ τοῦ πλεονάζοντος αἵματος ἐπὶ τὰ κάτω χωρία μετάστασις ἐγένετο, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον αὖθις ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνεχθέντος αὐτοῦ τοὺς μὲν πυρετοὺς καὶ συνέβη λωφῆσαι, σύμπτωμα δ᾽ ἐπιγενέσθαι τὴν τῶν νεύρων ἀρχὴν ἐνδεικνύμενον πάσχειν. ἄκουσον δὲ καὶ ταύτης τῆς Ἐρασιστράτου ῥήσεως. ὄντος δ᾽ αὐτοῦ ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἀρχῆς δεκαταίου, ἀπὸ δὲ τῆς ἐπιστάσεως ἑκταίου, ὅ τε πυρετὸς εὖ μάλα ἐπανῆκεν καὶ παραστροφή τις ἐγένετο τοῦ τ᾽ ἰνίου, ὀψὲ δὲ τῆς ὥρας ἀναισθησία τις ἐγένετο, ὥστε καὶ τὸ οὖρον ἐκ τοῦ στρώματος προΐεσθαι, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ ἐπίστασις τοῦ πυρετοῦ. εἶτα ἐπιφέρων φησίν· ἐφαίνετο οὖν ἡμῖν πάλιν μετάστασιν εἰληφέναι τὰ πάθη ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ

que interdum decumbentem in partem plenitudinem cohibui, quam illa propria facultate deinceps in aliam quandam propellendo transfert. Id ergo Critoni contigisse apparet, veruntamen neque tunc temporis Erasistratus venae sectionis unquam meminit. Sed quid ait? se totum thoracem una cum hypochondriis ipsis cataplasmatis fovisse. Quemadmodum autem ex partibus quae circa lingulam et tonsillas sunt sanguinis exuperantis translatio ad loca inferiora fiebat, eodem modo contra illo ex inferioribus partibus sursum sublato febres quidem sedari contingebat, sed symptoma succedere, quod nervorum principium affectum esse indicabat. Verum audi et haec Erasistrati verba: Quum autem ab hujus morbi principio decimus dies adesset, ab insultu vero sextus, quo tempore tum febris vehementior rediit, tum cervicis obtortio quaedam accidit, et sub horae serum quidam stupor abortus ita est ut et lotium e stragulis emitteret neque multo post febris insultus. Deinde inferens ait: Videbatur itaque nobis rursum translationem ad caput affectum cepisse, in eaque

Ed. Chart. X. [413.] Ed. Baſ. IV. (10.)

κατὰ μὲν αὐτὴν τὴν μετάστασιν ἐπανηκέναι τὸν πυρετὸν, ὕστερον δὲ πάλιν ἐπιτετακέναι ἐμπαθῆ γενόμενον τῶν περὶ τὴν κεφαλήν. εἴπωμεν ἤδη τι καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῆδε τῇ ῥήσει πρὸς τὸν ἄνδρα. κάλλιστα λέγεις ὦ Ἐρασίστρατε μετάστασιν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν γεγονέναι τῶν παθῶν. ἄμεινον δ' ἦν εἰ μὴ τῶν παθῶν εἴποις, ἀλλὰ παθῶν αἰτίου πλήθους. ὥσπερ οὐκ ἄν τις φαίη τὰ μέρη τοῦ σώματος αὐτὰ τὰ πάσχοντα εἰληφέναι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ τὰ πάθη. βέλτιον γὰρ οἶμαι φάναι παύσασθαι μὲν τὰ πρότερα πάθη, γενέσθαι δ' αὖθις ἕτερα τῆς αἰτίας μεταστάσης, ἥτις ἦν, ὡς αὐτος ἐν ἀρχῇ τῆς ὅλης διηγήσεως ἔφη, πληθώρα. ταύτην οὖν εἴπερ ἐκένωσεν, οὐκ ἂν οὔθ' ὁ κύων κατὰ τὴν ἐπιγλωττίδα τούτων εἰς τὸ κάτω τὴν μετάστασιν ἔλαβεν οὔτ' αὖθις ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνηνέχθη. ὥστε φαίνεται καὶ Κρίτων ὁμοίως τῇ Χίᾳ γυναικὶ διὰ τὸ παραλειφθῆναι τὴν φλεβοτομίαν ἀποθανεῖν. ἀλλα τοῦτο μὲν δοκεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος αἰθέσθαι. τί γάρ φησί; τοῦτο ἐδόκει αἰτία τῆς ἀπωλείας γενέσθαι τὰ ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἐπενεχθέντα,

translatione febrem rediiſſe eamque poſtea etiamnum, quum partes capiti vicinae afficerentur, intenſam fuiſſe. Nos aliquid jam adverſus virum hisce verbis diſſeramus. Perbelle, o Eraſiſtrate, dicis affectuum translationem ad caput factam eſſe. Melius autem fuerat ſi non affectuum dixiſſes, ſed affectuum cauſae plenitudinis. Ut nullus unquam dixerit ipſas corporis partes affectus translationem cepiſſe, eodem modo neque ipſos affectus. Praeſtaret, arbitror, dicere, ceſſari priores affectus et alios rurſum procreatos eſſe translata cauſa, quae erat, ut ipſe in principio totius narrationis dicebat, plethora. Hanc itaque ſi evacuaſſet, nequaquam columella fluxio ligulae ab his partibus deorſum translationem cepiſſet, nec rurſus illinc ad caput aſcendiſſet. Quapropter Critonem eo modo quo et Chienſis mulier ob praetermiſſam venae ſectionem interiiſſe conſtat. Sed id ipſe Eraſiſtratus videtur praeſenſiſſe. Quid enim ait? Huic videntur cauſa interitus fuiſſe ea, quae in pulmonem irruerunt, praeterquam quod male non praevenerit haec evacuare, licet quampri-

πλὴν ὅτι κακῶς οὐκ ἔφθασεν ἐκκενῶσαι ταῦτα, καίτοι γινώσκων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὡς πληθωρικὴ διάθεσις εἴη περὶ τὸν ἄνθρωπον. ἐὰν οὖν τις ἐθέλῃ κατασκευάζειν [414] ὡς οὐκ εἰκὸς ἦν Ἐρασίστρατον ἰατρὸν ἄριστον ὄντα, καὶ μέντοι καὶ γνόντα Κρίτωνι μὲν ἐκ πληθώρας συμβῆναι τὰ πάθη, τῇ δὲ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκῃ διὰ τὴν τῶν ἐμμήνων ἐπίσχεσιν, ἑκόντα παραλιπεῖν ἀφαίρεσιν τοῦ αἵματος, ἀλλ᾽ ἀφαιρεῖσθαι (11) μὲν αἵματος καὶ τοῦτον καὶ ἐκείνην, παραλελεῖφθαι δὲ ἐν τῇ διηγήσει, τί κωλύει κἀμὲ λέγειν ὅ τι περ ἂν ἄλλο βούλωμαι τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων, προσενηνέχθαι μὲν τοῖς κάμνουσι, παραλελεῖφθαι δὲ ἐν τῇ διηγήσει; καὶ τίς νοῦν ἔχων ἰατρὸς ἀνέξεται ταῦθ᾽ ἡμῶν λεγόντων; ὅπως γε καὶ τὰ μέχρι θανάτου συμπτώματα ταῦτ᾽ αὐτοῖς φαίνεται διὰ πλῆθος γινόμενα καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος οὐ δι᾽ ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἀκολουθήσας ἢ τὴν τὸ μὴ κενωθῆναι τὸ πλῆθος; τίς δ᾽ ἀνέξεται λεγόντων ἀνθρώπων τὰ μὲν μικρὰ τῶν πραχθέντων ὑπ᾽ Ἐρασιστράτου γεγράφθαι, φλεβοτομίαν καὶ κάθαρσιν ὑπ᾽ ἐλλεβόρου τε καὶ σκαμμωνίας, ὅτι παντί πως ἐπίδηλα, παραλελεῖφθαι; εἰ γὰρ ἐκ τοῦ μόνον εἰπεῖν τὸ κοινὸν ὡς ἡ

mum ab initio hominem plethorico affectu corripi cognovisset. Si quis igitur velit astruere, quod consentaneum non erat Erasistratum, qui medicus praestantissimus habebatur, quique certe affectus illos tum Critoni ex repletione tum puellae Chiensi ob menstruorum suppressionem accidisse noverat, consulto sanguinis detractionem praetermisisse, imo et huic et illi sanguinem detraxisse, sed in enarratione praetermisisse. Quid prohibet et me dicere qualecunque aliud velim ex vacuantibus remediis adhibitum quidem aegrotis, in enarratione vero praetermissum esse? Et quis mentis compos medicus me patietur haec dicentem? Quomodo et quae adusque mortem symptomata ipsis apparebant, ea ob plenitudinem accidisse, et ipsum interitum non aliam ob caussam insequutum fuisse quam quod non enarrata fuisset plenitudo? Quis etiam fieret homines qui ducunt pauxilla tantum eorum quae acta sunt ab Erasistrato scripta esse, sed venae sectionem, et eam quae ex elleboro et scammonio fit purgationem, quod haec auxilia penitus conspicua sint, prae-

Ed. Chart. X. [414.] Ed. Baf. IV. (11.)

πληθώρα κενώσεως δεῖται, δεδήλωται φλεβοτομία, διότι τῶν κενωτικῶν ἢ βοηθημάτων, τί κωλύει καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἐρῆσθαι τῶν κενωτικῶν; μὴ τοίνυν μόνην τὴν φλεβοτομίαν ὑπ' Ἐρασιστράτου προσῆχθαι τοῖς κάμνουσι λεγέτωσαν, ἀλλὰ καὶ τἄλλα πάντα, κλυστῆρας, ἐμέτους, καθάρσεις, λουτρὰ, γυμνάσια, τρίψεις, αἰωρήσεις, χρίσματα, θερμαίνοντα καταπλάσματα, πάνθ' ἑξῆς ὅσα ἐκεῖνος. εἰ δ' οὐκ ἀρκεῖ μόνον ὅτι κενωτέος ὁ κάμνων ἐστὶν, οὐδὲ τούτων τὸ τέλος ὑπάρχει τῆς τῶν βοηθημάτων διδασκαλίας, ἀλλὰ πρῶτον μὲν προσθεῖναι χρὴ τὸν τρόπον τῆς κενώσεως, εἶτα τὴν ὕλην εἰπεῖν δι' ἧς ἄριστα πραχθήσεται, καὶ ταύτῃ προσθεῖναι τὸν καιρὸν καὶ τὸ μέτρον καὶ τρόπον τῆς χρήσεως, ὅτε κοινὸν εἰπὼν σκοπὸν τῶν βοηθημάτων οὐδέπως κατὰ μέρος οὐδὲν εἰρηκέναι. εἰ γὰρ ἀρκεῖ τὸ κοινὸν εἰπεῖν, ἐκ περιττοῦ μνημονεύει καταπλασμάτων τε καὶ ἀσιτίας καὶ πυρίας τῆς διὰ σπόγγων. εἰ τὸ μὲν κατάπλασμά τε καὶ τὴν ἀσιτίαν οὐκ ἂν ἡμεῖς εὕροιμεν ἄνευ τοῦ παρ' ἐκείνου μαθεῖν; ἡ φλεβοτομία δὲ ἐστὶ δήλη πᾶσι, κἂν Ἐρασίστρατος μὴ λέγῃ.

termififfe? Si namque ex eo quod vulgus proferat, plethoram evacuatione indigere, venae fectio fignificetur, quod inter evacuantia remedia fit, quid prohibet et caeterorum evacuantium quodque intelligi? Ne igitur folam venae fectionem aegrotis ab Eraliftrato adhibitam effe dicant, fed caetera quoque omnia evacuantia, clyfteres, vomitiones, purgationes, balnea, exercitia, frictiones, geftationes, inunctiones, calefacientia cataplafmata, quaeque deinceps omnia ab illo ufurpata funt. Si vero non folum fufficit quod evacuandus aeger fit, neque declarationis iftorum auxiliorum finis exiftit, fed in primis locum vacuationis adjicere, deinde materiam declarare per quam perfici queat, huicque occafionem addere et menfuram et utendi rationem oportet. Si enim commune quid protuliffe fuffecerit, is fruftra et cataplasmata et medias et fotus per fpongias memoravit. An nos et cataplafma et inediam, nifi nos ille docuerit, indagare non poffumus? Venae autem fectio, etiamfi Erafiftratus non doceat, omnibus manifefta eft.

Κεφ. δ'. Ἀλλὰ κἂν τοῦτό τις αὐτοῖς συγχωρήσῃ, καίτοι φανερῶς ὂν ἄτοπον, ἄλλα μεγάλα καὶ πολλὰ λείπεται σκέμματα τῷ μέλλοντι χρήσασθαι προσηκόντως τῷ βοηθήματι. πρῶτον μὲν εἰ μηδὲν διαφέρει τέμνειν ἡντινοῦν φλέβα, καθάπερ οἴονταί τινες, ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πεπονθότων μορίων ἴδιαι φλέβες εἰσὶν αἳ ταχέως ἐκκενοῦσαι τὸ πλῆθος αὐτῶν. δεύτερον δ' ἐπὶ τούτῳ σκέμμα, πότερον ἅπαξ ἢ πλεονάκις ἀφαιρεῖν προσήκει. καὶ τρίτον δ' ἐπ' αὐτοῖς σκοποὺς ἐξευρεῖν, οἷς προσέχων τις ἀκριβῶς στοχάσαιτο τοῦ μέτρου τῆς κενώσεως. καὶ τέταρτον ὁ καιρὸς ἐν ᾧ χρὴ μάλιστα ποιεῖσθαι τὰς φλεβοτομίας, εἰ μηδέν ἐστιν ἐξαίρετον, αὐτὸ τοῦτο σὺν ἀποδείξει διδάξεται. τῷ μὲν οὖν ὅλως ἀποστάντι φλεβοτομίας οἴχεταί τε καὶ συνανῄρηται τούτων ἁπάν[415]των ἡ σκέψις, τῷ προθεμένῳ δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. καὶ γάρ τοι κἀπὶ τῶν ἄλλων βοηθημάτων ἁπάντων ὁ αὐτός ἐστι λόγος, οἷον ἐλλεβόρου, σκαμμωνίας, οἴνου, λουτροῦ, σιτίων. εἰ μὲν γὰρ μηδ' ὅλως ἐστὶ χρηστέον ἐπὶ τῶν νοσούντων ὁτῳδήποτε τῶν εἰρη-

Cap. IV. At quamvis id aliquis ipſis conceſſerit, etſi manifeſte abſurdum, huic tamen qui hoc auxilio decenter uſurus eſt magnae ac multae conſiderationes ſuperſunt. Prima, an quemadmodum quidam autumant, quamlibet venam ſecare nihil differat, aut propriae venae ſint in ſingulis affectis partibus, quae ipſarum plenitudinem celeriter evacuent. Secunda huic ſuccedens conſideratio, utrum ſemel aut multoties ſanguinem detrahere conveniat. Ab his tertia, ſcopos invenire, quibus accurate incumbens aliquis vacuationis menſuram conjecturis aſſequatur. Quarta denique occaſio, qua potiſſimum venae ſectio, ſi nihil exceptum ſit, fieri debeat, haec ipſa cum demonſtratione docebitur. Qui igitur a venae ſectione prorſus abſtinet, apud hunc harum omnium rerum conſideratio perit, ſimulque e medio tollitur, eam autem praeſcribenti iſta ſuccedere neceſſe eſt Etenim et in caeteris omnibus praeſidiis eadem eſt ratio, veluti elleboro, ſcammonio, vino, balneo et eduliis. Si namque in aegrotis quocunque dictorum haudquaquam prorſus utendum ſit, ne-

Ed. Chart. X. [415.] Ed. Baf. IV. (11.)

μένων, οὔτε καιρὸς οὔτε ποσότης οὔτε τρόπος τῆς χρήσεως οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ἔτι καὶ ζητηθήσεται τῷ καθ' αὐτό. προσιεμένῳ δὲ τὴν χρῆσιν ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ τούτων πάντων διελθεῖν, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν δραστικῶν βοηθημάτων, ἐν οἷς εἰ παροφθείη τι σμικρὸν, ἡ βλάβη μεγίστη δι' αὐτὸ γίνεται τοῖς νοσοῦσιν, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν ἐλαττόνων. καὶ φαίνεται τοῦτο οὕτως γινόμενον ἑκάστης ἡμέρας ἐπὶ πάντων τῶν νοσούντων. οὐδεὶς γοῦν εἰπὼν ἰατρὸς, ἄνθρωπος οὗτος τραφήτω, χαρίζεται, μήτε τὸν καιρὸν ἔτι προσθεὶς, ἐν ᾧ κελεύει τραφῆναι τὸν κάμνοντα, μήτε τὸ σιτίον ὁρίσας αὐτὸ, μήτε τὴν ποσότητα μήτε τὴν σκευασίαν, ἢ τὴν τῆς χρήσεως τάξιν, ἀλλ' ἕκαστον τούτων ἀκριβῶς ἐκδιηγεῖται τοῖς παροῦσιν ὅπως δεῖ πραχθῆναι. καὶ τοίνυν καὶ γράφουσιν ἐν τοῖς βιβλίοις ἅπασιν ἐφ' ὧν ἂν πράττουσι βοηθημάτων ἑξῆς ταῦτα σύμπαντα, καί τινες γ' αὐτῶν, ὅσοι οὐ μακρολογώτεροι, χρονίζουσιν τῇ διηγήσει, οὐ μακρολογίαν, ἀλλ' ἐπιμέλειαν ἡγούμενοι τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν. Ἱπποκράτης μὲν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων ἐσχάτως βραχυλόγος ὢν, ὅμως οὐκ ὀκνεῖ γρά-

que occafio neque quantitas neque utendi modus neque quicquam aliud etiamnum ac per fe inveftigabitur. Approbanti vero ufum neceffarium eft de his omnibus differere, non folum in efficacibus auxiliis, in quibus fi quid parvi momenti praetermiffum fit, laefio maxima ob id aegrotantibus oboritur, verum etiam in minimis et id ita fingulis diebus apud omnes aegrotos evenire confpicitur. Nullus igitur medicus qui dixerit, homo hic nutriatur, rem gratam facit, qui occafionem etiam non addat, qua nutriendum effe labotantem jubet, neque cibum ipfum praefiniat neque quantitatem neque praeparationem vel utendi ordinem, fed horum unumquodque ut accurate perfici debeat, aftantibus explicat. Proinde etiam plerique in libris paffim inter ea quae adminiftrant auxilia haec univerfa ordine defcribunt, ipforumque nonnulli haud loquaciores in hujusmodi enarratione morantur talemque difciplinam, non multiloquium, verum fed ulitatem effe ducunt. Hippocrates quidem quum in plurimis fuis operibus orationis brevitati fummopere ftudeat,

Ed. Chart. X. [415.] Ed. Baf. IV (11.)

φειν ἐπὶ τῆς φλεβοτομίας οὔτε τὸ μέρος τοῦ σώματος, ἐν ᾧ χρὴ τμηθῆναι τὸ ἀγγεῖον, οὔτε τὸ μέτρον τῆς κενώσεως οὔτε τὸν καιρόν. Ἐρασίστρατος δὲ, ὃν οἱ νῦν Ἐρασιστράτειοι φασὶ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, μακρολογότερος ὢν, ὡς ὀλίγον ὕστερον δείξω, πρῶτον μὲν οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα ὑπέμεινε προσγράψαι τῆς φλεβοτομίας ἅμα τοῖς ἄλλοις βοηθήμασι· εἶτα παρέλιπεν ἑξῆς πάντα τὰ κατειλεγμένα καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὸ μέτρον καὶ τόπον ἀγγείου καὶ τρόπον χρήσεως, ὁ μηδ᾽ ὡς χρὴ τὰ καταπλάσματα ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν νοσούντων προσφέρειν ἢ τὴν μᾶζαν φυρᾷν, ὀκνῶν προσγράφειν, ὁ μηδὲ περὶ τῆς τῶν λαχάνων ἑψήσεως σιωπῶν. ἄκουσον γοῦν ἃς γράφει κατὰ τὴν περὶ τῆς κοιλίας πραγματείαν προσφοράς. τὴν μὲν πρώτην προσφορὰν ἄλφιτα κριμνώδη πεφρυγμένα εὖ ἀποσεσεισμένα. ὅταν δὲ προσφέρεσθαι μέλλῃ, ἔν τινι ψυκτῆρι ἐπιχέοντα ὕδωρ φυράσαντα διδόναι, μηδ᾽ εἰς ἅπαξ δὲ ἅπαν ὃ ἂν μέλλῃς διδόναι φυράσας, ἀλλὰ δὶς ἢ τρὶς, ὅπως μὴ ξηρὰ γενομένη ἡ μᾶζα δυσάλωτος μὴ πολὺ τὸ ὑγρὸν ἀναδέξηται. οὐδὲν γὰρ τούτων χρήσιμον. προσεσθίειν δὲ διδόναι τῶν κιχωρίων συχνὰ εἰς

de venae fectione tamen fcribere non neglexit, neque partem corporis in qua vas fecari oporteat, neque vacuationis menfuram neque occafionem. Erafiftratus autem, quem nunc fui Erafiftratei venae fectione ufum fuiffe praedicant, multiloquus fuerit licet, tamen, ut paulo poft indicavero, primum id ipfum venae fectionis nomen caeteris praefidiis ne adfcribere quidem dignatus eft, deinde etiam quae recitata funt omnia, et tempus et menfuram et vafis locum et utendi rationem, praetermifit, is qui neque, ut deceat, cataplafmata unicuique aegrotantium efferre aut offam fubactam perfcribere veritus eft, qui neque de olerum coctione fubticuit. Audi itaque quae fercula in operibus de ventriculo fcribat: Primum quidem ferculum eft farina craffior, tofta ac probe excuffa. Quum autem eam offerre volueris, in poculo quodam frigido aquae infufam ac fubactam exhibeto, neque femel totum quod daturus es, verum bis terve fubigendo, ut ne arida facta offa et folutioni inepta multum humiditatis fufcipiat. Nihil enim id confert. Ad edendum vero exhiben-

Ed. Chart. X. [415. 416.] Ed. Baf. IV. (11.)

ὄξος μὴ δριμὺ ἐμβάπτοντας καὶ ἐπὶ τῶν σιτίων ἀναλίσκειν. ἑφθὰ κιχώρια ἑψῆναι δεῖ δύο παρασκευάζοντας χυτρίδας, καὶ εἰς μὲν τὴν μίαν ἐμβάλλοντας ἑψεῖν, ὅταν δε ἤδη καθεψηθέντα εὖ μάλα ᾖ καὶ ἡ ἑτέρα χύτρα τοῦ ὕδατος ζέῃ, μεταγγίζειν αὐτὰ εἰς τὴν ἑτέραν. εἶναι δὲ δέσμια ὅπως εὐμετάθετα ᾖ. συνεψήσαντα δὲ καὶ ἀποχέοντα τὸ ὕδωρ ἀρτύσαι ἁλὶ καὶ ἐλαίῳ καὶ διδόναι προσφέρεσθαι. ἆρ᾽ ἐπινοεῖς ἔτι δύνασθαί τι ἐπιμελέστερον γράψαι τὰ σμικρότατα τοῦ μηδ᾽ ὅτι χρὴ δεσμίδια ποιεῖν τῶν κιχωρίων, ὅπως εὐμετάθετα ᾖ, σιωπήσαντος; εὔδηλον γὰρ ὅτι τὰ λελυμένα δυσμετάθετα γίγνονται καὶ διὰ τοῦτο κηδόμενος οὐ μόνον ἡμῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑψόντων τὰ λάχανα μαγείρων ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὡς χρὴ συνδεῖν τὰ λάχανα. τοιοῦτος δ᾽ ἐστὶ κἀπειδὰν ἤτοι καταπλάσματός τινος γράφῃ σκευασίαν ἢ περιπατεῖν κελεύῃ τοσούσδε σταδίους ἢ τρίβεσθαι τρίψεις τοσαύτας, ἤ τι τοιοῦτον [416] ἕτερον, ἐφ᾽ οἷς ἤδη τινὲς οὐ μόνον οὐκ ἐπαινοῦσι τῆς περιττῆς ἐπιμελείας, ἀλλὰ καὶ ψέγουσι ὡς ὅρους καὶ μέτρα τιθέμενον ἐπὶ τῶν

da funt crebro cichoria in aceto non acri macerata, et inter cibos confumenda. Pura cichoria coquenda funt, duas ollas praeparando. In unam projecta coquenda, quum autem jam probe admodum cocta fuerint et altera aquae olla ferveat, ipfa in alterum elutrianda. Ligata vero fint cichoria, quo facille transponi queant. At perfecte cocta tum effufa aqua fale et oleo condenda funt, et ut offerantur exhibenda. Itaque rurfum animadvertis poffe accuratius fcribi minima ab eo qui cichoriorum vincula, quo transpofitu facilia fint, conftruenda effe non filuit. Conftat enim quae foluta funt, ea non transpofitu facilia reddi, ob idque qui non folum nos medicos, verum etiam et coquos olera coquentes curae habet, ipfos ut olera liganda fint edocuit. Talis autem eft et quum cataplafmatis alicujus fcribit praeparationem, vel tot ftadia obambulare vel tot tantasque moliri frictiones, aut hujusmodi aliquid aliud jubet. Ob quae jam quidam fuperfluam curiofitatem non folum non laudant, verum etiam improbant, tanquam qui terminos modosque in rebus infi-

ἀόριστον ἐχόντων τὴν ποσότητα. τίς ἂν οὖν οὐ πεισθῇ τὸν οὕτως ἐπιμελῆ κεχρῆσθαι μὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, φλεβοτομίας μηδαμόθεν δ' αὐτῆς μνημονεῦσαι πλὴν ἅπαξ ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς; οὐδ' οὖν οὐδὲ τότε χρώμενον, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν ἐπαινοῦντα τὸν Χρύσιππον ἐπὶ τῷ μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ καὶ τὴν ἀπόδειξιν αὐτοῦ καθ' ἣν ἀποδεικνύναι νομίζει τὸ Χρυσίππου δόγμα περὶ τῆς φλεβοτομίας, τοῦ μᾶλλον τῶν αἷμα πτυσάντων κοινὴν εἶναι λέγοντος ἢ ἄλλων ἁπάντων οἷς μόριόν τι τοῦ σώματος μέλλει φλεγμαίνειν. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦδε καὶ αὖθις εἰρήσεται. νῦν δ' ὅπερ ἔλεγον (12) ἀναληπτέον, ὡς οὐκ ἂν Ἐρασίστρατος ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνων ἅπαντας τοὺς λόγους, καὶ μέντοι καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐνίοτε διεξερχόμενος ἕνα λόγον ἐν διαφέρουσι βιβλίοις, ὀλιγώρησεν ἄν που κἂν ἅπαξ ε συλλαβὰς προσγράψαι παρενθεὶς ἅμα τοῖς ἄλλοις βοηθήμασι τὸ τῆς φλεβοτομίας ὄνομα, πρὸς τῷ καὶ τὴν ποσότητα πάντως ἂν αὐτῆς εἰπεῖν, ὡς ἐπ' ἄλλων ἐποίησε, καὶ τὸν καιρὸν, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. τινὲς μέν γε τῶν ἰατρῶν ἐπὶ σημείοις

nitam quantitatem habentibus conftituerit. Quis ergo crediderit hunc ita accuratum caeteris quidem peraeque praefidiis ufum fuiffe, hujus vero venae fectionis nullibi praeterquam femel in libro de fanguinis ejectione mentionem feciffe? Neque igitur tum ea ufus eft, fed omnino e contra Chryfippum, quod venae fectionem non ufurpaverit, laudibus evexit ejusque demonftrationem attulit qua Chryfippi de venae fectione dogma aftruere putat, magis fanguinem fpuentibus effe confuetum afferentis, quam caeteris omnibus, quibus aliqua pars corporis in phlegmonem lapfura fit. Verum de his pofthac differetur. Nunc vero quod locutus fum repetendum eft, quod Erafiftratus etfi univerfos fermones plurimum non protrahat, atque etiam bis terve interdum in diverfis libris eandem fententiam recenfeat, illis tamen quamquam femel quinque fyllabas afcribere neglexit, quibus cum caeteris auxiliis phlebotomiae nomen inferuiffet, ad hoc et illius quantitatem ut in aliis fecit et tempus, ejusmodi caetera prout ante enarratum eft prorfus explicare debuerit. Proinde

Ed. Chart. X. [416.] Ed. Baſ. IV. (12.)

ὁρίζουσι τὸ ποσὸν τῆς κενώσεως, οἷον εἰ μεταβάλλοι κατὰ τὴν χρόαν ἢ τὸν τόνον ἢ τὴν ῥύσιν τοῦ αἵματος, ἢ εἰ καταπίπτοιεν εἰς ἀτονίαν οἱ σφυγμοὶ καί τινες ἱδρῶτες ἐπιφαίνοντο ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἀφαιρέσεως. ταῦτα δ' οὖν καὶ Ἱπποκράτης πόνους φησὶν, καὶ τοὺς σφοδροτέρους τῶν ἐμέτων καὶ τὰς ἀλογωτέρας διαχωρήσεις ἄλλοις διείρηκεν ἄχρι λειποθυμίας ἄγειν τὴν κένωσιν, ὁπόταν τι φαίνηται κατὰ τὸν λόγον αὐτῇ γινομένῃ τῆς κενώσεως, οὐχ ὑπὸ χυμοῦ ῥυέντος εἰς τὸ τῆς γαστρὸς στόμα. πολλάκις γὰρ ἐναργῶς φαίνεσθαι διὰ χολὴν ἢ διὰ φλέγμα συῤῥυὲν ἐνταῦθα λειποθυμίαν γινομένην. ἔνιοι δὲ τῇ τε τοῦ παντὸς σώματος μεταβολῇ κατὰ χρόαν καὶ τῇ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἐτεκμαίροντο τὴν σύμμετρον ἀφαίρεσιν καὶ διὰ τοῦτο εἰς ἅπαξ ἀπαγορεύουσιν ἢ χρῆσθαι δαψιλεῖ τῇ κενώσει, βέλτιον εἶναι τοῖς ἐπιγινομένοις τεκμηραμένους πρότερον οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ λυποῦντος ἔρχεσθαι κένωσιν. ἄλλοι δέ τινες ἐτόλμησαν ἤδη τι καὶ μέτρον ὁρίζειν· οἷον ἤτοι δύο κοτύλας Ἀττικὰς εἶναι τὴν σύμμετρον ἀφαίρεσιν ἢ βραχὺ πλείω ἢ ἔλασσον, ὡς ἐκ τοῦ

nonnulli medici ſignis vacuationis quantitatem definiunt, ut ſi aut color aut robur aut ſanguinis fluxus mutetur aut in imbecillitatem pulſus prolabantur, aut aliqui ſudores ipſo detractionis tempore ſuboriantur, et ea quae Hippocrates labores vocat et vehementiores vomitus et immoderatiores alvi dejectiones. Alter adusque animi defectum evacuationem ducendam aſſerit, quum quid in ea dum ſit pro evacuationis portione oboriatur, non ab humore in ventriculi orificium fluente. Multoties enim ob bilem aut pituitam illuc confluentem animi defectionem fieri manifeſte conſpicimus. Quidam vero prorſus negant ſecurius eſſe, iis quae superveniunt prius conjectis eatenus ad laborantis vacuationem accedere, quam copioſa uti vacuatione. Alii quidam etiamnum auſi ſunt quandam menſuram veluti ſcilicet duabus heminis Atticis circumſcribere, eamque moderatam eſſe detractionem, aut paulo ampliorem aut parciorem cenſuerunt, quippe quum nos poſſimus ex commoderata menſura eam inve-

συμμέτρου δυνησομένων ἡμῶν εὑρίσκειν τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἁρμόττον ἑκάστῳ τῶν φλεβοτομουμένων καθ' ἡλικίας καὶ φύσεις καὶ ὥρας καὶ χώρας. οὐκοῦν Ἐρασίστρατον ἀριθμὸν μέν τινα τρίψεως ὁρίζειν, ἵνα κἂν σφαλῶμεν τῆς ἀκριβοῦς συμμετρίας, οὐδεμία μεγάλη βλάβη, μετὰ δὲ μηδὲν εἰπεῖν ὅλως ἐπὶ φλεβοτομίας. ἐγὼ μὲν γὰρ εὖ οἶδα ὅτι καὶ περὶ τῶν φλεβῶν αὐτῶν τῶν τμηθησομένων ἔγραψεν ἂν οὐκ ὀλίγα καὶ μάλισθ' ὅτι πολλάκις Ἱπποκράτης αὐτῶν ἐμνημόνευσεν. ἐνίοτε μὲν κατὰ ἰγνὺν ἢ παρὰ σφυρὸν, ἐνίοτε δὲ τὴν ὀρθίαν ἐν τῷ μετώπῳ καὶ αὖθις τὴν ἐπὶ τῇ γλώττῃ. περὶ μὲν γὰρ τῶν κατ' ἀγκῶνα τί δεῖ καὶ λέγειν ὡς οὐκ ἂν ἐσιώπησεν ὁ Ἐρασίστρατος, εἴτε χρὴ πάσας ἐπὶ πᾶσι τέμνεσθαι νοσήμασι, εἴθ', ὡς Ἱπποκράτης ἐκέλευεν, ἄλλην ἐπ' ἄλλων; τοῦ γὰρ οὕτως ἐπιμελῶς γράφοντος πάντα καὶ τοῦτο ἦν ἔργον οἰκεῖον ὁρίσαι μέν τί ἄμετρον ἐν τηλικούτῳ βοηθήματι, προσγράψαι δ' ἣν ἔχει γνώμην ὑπὲρ τῶν φλεβῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι πεποιήκασιν ἰατροὶ, τινὲς μὲν οὐδὲν δια[417]φέρειν φάσκον-

nire, quae fingulis quibus venae fecanda eft pro aetatum, naturarum, tempeftatum et regionum ratione magis ac minus congruat. Proinde Erafiftratus certum frictionum numerum definit, quo etiamfi ab exquifita commoderatione aberremus, nulla noxa fubfequatur, interea de venae fectione nihil prorfus loquitur. Ego fiquidem certo fcio ipfum et de venis ipfis incidendis non pauca fcripfiffe, earumque maxime Hippocratem faepe meminiffe, interdum ejus quae infra poplitem propeque malleolum eft, interdum et illius quae in fronte recta eft, earumque praeterea quae fub lingua jacent. De venis enim cubiti quid quoque dicendum eft, ut quod non conticuiffet Erafiftratus, utrum omnes in omnibus morbis fecandae funt, an, quemadmodum imperavit Hippocrates, aliae in aliis? Ejus enim ita accurate fcribentis univerfa id munus proprium fuerat quandam menfuram in tanto praefidio definire, ac quam de venis haberet fententiam, quemadmodum caeteri medici factitarunt, afcribere. Quidam nihil intereffe dicebant quamcunque venam quis fecare vo-

τες ὁποίαν ἄν τις ἐθέλοι τέμνειν φλέβα· κενοῦσθαι γὰρ ἐξ ἑκάστης αὐτῶν ὁμοτίμως τὸ πᾶν· τινὲς δὲ πάμπολλα ἡγούμενοι καὶ παρὰ τοῦτο γίνεσθαι διαφοράν. ἐνίας μὲν γὰρ αὐτῶν θᾶττον, ἐνίας δὲ ἐν χρόνῳ πλείονι τὸ πεπονθὸς μέρος ἐκκενοῦν. ὁ τοίνυν μήτε τούτων τι γράψας μήτε τοῦ μέτρου τῆς φλεβοτομίας ὁρίσας τοὺς σκοποὺς, εὔδηλον διὰ τοῦτο παραλελοιπὼς ἅπαντας τούσδε τοὺς λόγους ὅτι μηδ' ὅλως ἐχρῆτο τῷ βοηθήματι. ὥσπερ γὰρ ὁ μηδέποτε χρώμενος ἐπ' ἀῤῥώστου καταπλάσμασι γράφειν οὐ δύναται τὰς διαφορὰς αὐτῶν ἢ τὰς σκευασίας ἢ τὸν καιρὸν ἢ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως, ἀναγκαῖον δ' εἶναι τοῖς χρωμένοις, ὥσπερ Ἐρασίστρατος ἐχρῆτο, καὶ περὶ τούτων ἑκάστου διορίσαι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅσοι μὲν μηδ' ὅλως χρῶνται φλεβοτομίᾳ, καιρὸν καὶ τρόπον χρήσεως καὶ σκοποὺς τοῦ μέτρου γράφειν οὐ δύνανται. τοῖς χρωμένοις δ' ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τούτων διορίσασθαι καὶ πολὺ μᾶλλον ὑπὲρ τῆς φλεβῶν διαφορᾶς, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν τοσοῦτον ὡς οὐδὲν δια-

luerit: ex earum enim unaquaque universum aequaliter vacuari profitebantur. Nonnulli plurimam ac in ea re contingere diversitatem arbitrabantur. Nam ipsarum aliquas celerius, nonnullas longiori tempore partem affectam evacuare afferebant. Qui igitur nihil eorum scripserit neque mensurae detractionis sanguinis scopos definierit, perspicuum est eum universas has rationes ideo praetermisisse, quod hoc praesidio nunquam sit usus. Quemadmodum enim qui nunquam in aegroto cataplasmatis usus est, is et ipsorum differentias aut praeparationes aut *admovendi* occasionem aut utendi modum describere nequaquam potest, ad eos vero qui illa, ut Erasistratus usus est, usurparunt de horum singulis disserere pertinet: eodem pacto quicunque venae sectione penitus non utuntur, occasionem et utendi modum et mensurae scopos scribere nequeunt. Verum qui illa utuntur, eos in primis ac de his multoque magis de venarum differentia distincte tractare operae pretium est, etsi nihil aliud saltem tanti momenti, ut nihil intersit hanc ante aliam se-

φέρει τήνδε πρὸ τῆσδε τέμνειν, ὁμοίως ἁπασῶν ἐκκενοῦν δυναμένων τὰ φλεγμαίνοντα μόρια.

Κεφ. ε΄. Τὸ δὲ μήτε τούτων τι γράψαι καὶ τὴν χρείαν ὅλην ἀνελεῖν τοῦ βοηθήματος, ἐπὶ δὲ πάθους ὃ μάλιστα χρήζειν αὐτοῦ πεπίστευται, πῶς οὐκ ἄν τις ἐναργὲς εἶναι φαίη γνώρισμα τοῦ μηδέποτε Ἐρασίστρατον κεχρῆσθαι τῷ βοηθήματι; τί γὰρ οὖν δύσκολον, ἡνίκα ἔγραφεν ἐν τῇ τῶν πυρετῶν θεραπείᾳ κατὰ λέξιν ὧδε· περὶ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς τῶν ἀῤῥωστιῶν καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέσεις ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων τε καὶ σιτίων, ἐνταῦθα προσγράψαι, χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ; ὥσθ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ῥῆσιν γενέσθαι τοιάνδε· περὶ μὲν τὰς ἀρχὰς τῶν ἀῤῥωστιῶν καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέσεις ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων τε καὶ σιτίων, χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ. γίνονται γὰρ ὡς τὸ πολὺ αἱ τοὺς πυρετοὺς ποιοῦσαι φλεγμοναὶ διὰ πληθώραν. διδομένων οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς προσφορῶν καὶ τῆς πέψεώς τε καὶ ἀναδόσεως τὰς κατ' αὐτὰς ἐνεργείας ἀποδιδουσῶν, πληρουμένων τε τῶν ἀγγείων

care, quum cunctae inflammatas partes peraeque evacuare possint.

Cap. V. At nihil quicquam eorum *quae dicta sunt* scribere, ac usum omnem auxilii tollere eo in affectu qui *praesidium* illud potissimum efflagitare creditus est, qua ratione quis conspicuo exemplo esse non dicere Erasistratum hoc auxilio nunquam usum fuisse? Quid enim difficultatis erat, quum in febrium curatione hisce verbis ita scriberet: *Itaque per initia morborum ac inflammationum generationes omne sorbitionum ciborumque ferculum auferendum est,* si hic ascripsisset, utendum vero venae sectione, quo totius ejus orationis series esset ejusmodi: *Per morborum initia et inflammationum generationes omnis sorbitionum ciborumque oblatio auferenda, venaeque sectio celebranda est. Inflammationes enim febrium procreatrices plerumque ex repletione fiunt. Si ergo in hujusmodi temporibus exhibeantur fercula, eaque tum concoctio tum distributio pro suis actionibus deferant et vasa nutrimento impleantur,*

τῆς τροφῆς, ἔτι γε πλείστας τε καὶ ἰσχυρὰς συμβήσεται τὰς φλεγμονὰς γίνεσθαι. βέλτιον οὖν μήτε διδόναι σιτία καὶ τέμνειν φλέβα. τοιαύτη μὲν ἂν ἡ ῥῆσις ἐγένετο, βουληθέντος αὐτοῦ ὥσπερ ταῖς ἀσιτίαις, οὕτω καὶ τῇ φλεβοτομίᾳ χρῆσθαι. μὴ προσγράψαντος δὲ πῶς ἄν τις πιστεύσειε ἐπαινεῖν τὸν ἄνδρα τὴν χρῆσιν τοῦ βοηθήματος; ὅτε δὲ μηδ᾽ ἐν ἄλλῃ τινὶ πραγματείᾳ θεραπευτικῇ φαίνεται τοῦτο ποιεῖν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἄν τις πιστεύσειεν ὑπὸ τῆς γνώμης αὐτοῦ. τίς γὰρ ἂν δύναιτο πεισθῆναι τὸν μακρολογώτατον Ἐρασίστρατον ὀκνῆσαι προσθεῖναι συλλαβὰς ἤτοι δ᾽ ἢ ε᾽ κἂν ἅπαξ που τῶν γεγραμμένων αὐτῶν πραγματειῶν; ἐγὼ μὲν οὖν εἰ καὶ μηδὲν ἐσώζετο Ἐρασιστράτου βιβλίον, ἀλλ᾽ ἤδη πάντα ἀπολώλει, καθάπερ τὰ Χρυσίππου κινδυνεύει παθεῖν, τοῦτο τοῖς μαθηταῖς ἂν αὐτοῦ μᾶλλον ἐπίστευσα περὶ τοῦ διδασκάλου λέγουσιν ἢ τοῖς μήτ᾽ [418] Ἐρασίστρατον αὐτὸν ἰδοῦσι, ποτὲ μήτε μαθητὴν αὐτοῦ, μήτε τῶν ὡς ἐκείνου φοιτησάντων ἢ τῶν τούτοις συγγενομένων. ἀλλὰ μετὰ τοσαύτας ἐτῶν γενεὰς

etiamnum maximas ac vehementes inflammationes fieri continget. Melius itaque fuerit cibaria non exhibere et venam ſecare. Talis equidem eſſet textus ſeries, ſi ille ut inediis, ita et venae ſectione uti voluiſſet; verum quum id ſcriptis non addiderit, quomodo quis virum crediderit ejus remedii uſum laudaſſe? Quum vero neque in alio quodam opere methodi medendi hoc feciſſe appareat, rurſumque magis aliquis ab ipſius ſententia fidem recipiet. Quis enim credere poſſet prolixae orationis *virum* Eraſiſtratum neglexiſſe vel ſemel ſuis quae ſcripſit operibus quatuor aut quinque ſyllabas addere? Ego itaque etiamſi nullus Eraſiſtrati liber ſupereſſet, ſed jam omnes jacturam ſubiiſſent, qualem propemodum ſubire periclitantur Chryſippi *libri,* in ea re *tamen* diſcipulis illius magis crediderim in praeceptoris verba jurantibus quam iis qui neque Eraſiſtratum ipſum unquam viderunt, nullumque ejus diſcipulum, ne etiam ex iis qui diſcendi gratia ad illum accederent, aut qui cum his commercium haberent, ſed poſt tot annorum ſecula audacter ea pronunciant

Ed. Chart. X. [418.] Ed. Baf. IV. (12.)

ἀποφαινομένων τολμηρῶς ὑπὲρ ὧν οὔτ᾽ εἶδον οὔτε ἰδόντος τινὸς ἤκουσαν οὔτε ἀνέγνωσαν Ἐρασίστρατον γράψαντα οὐδ᾽ ἄχρι τεττάρων ἢ πέντε συλλαβῶν, ὡς ἔφην. τὸ μὲν γὰρ τεμεῖν φλέβα δ᾽ συλλαβῶν, φλεβοτομία δὲ αὕτη ε᾽. τί δ᾽ εἰς τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ παραγραφὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν ὑπ᾽ ἐμοῦ, τὸ, χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ, διὰ θ᾽ λέγεται συλλαβῶν. παυσάσθωσαν οὖν ἤδη λωβώμενοι τοῖς γε μανθάνουσι τὴν τέχνην καὶ τοῖς νοσοῦσιν αὐτοῖς οἱ λέγοντες Ἐρασίστρατον κεχρῆσθαι μὲν τῇ φλεβοτομίᾳ, λόγον δ᾽ οὐδένα πεποιῆσθαι περὶ αὐτῆς, ὡς παραδήλου πᾶσιν οὔσης μᾶλλον ἢ τῆς τῶν καταπλασμάτων τε καὶ λαχάνων ἑψήσεως. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο φλεβοτομήσουσιν οἱ μανθάνοντες τὴν τέχνην, διότι καθάπερ ἐν ταῖς ἀσιτίαις αἱ φλέβες κενούμεναι λύουσι τὰς φλεγμονὰς, οὕτω καὶ αἱ φλεβοτομίαι πάντας ἑξῆς φλεβοτομήσουσιν ὅσους Ἐρασίστρατος ἀσιτεῖν κελεύει. καὶ τοῦτο μὲν ἔτι σμικρόν.

Κεφ. στ᾽. Τὸ δὲ μήτε περὶ τοῦ μέτρου φλεβοτομίας μήτε περὶ τῶν τμηθησομένων φλεβῶν ἀκούσαντάς τι τοὺς

quae neque ipſi noverunt neque ab aliquo qui noverit audiverunt, neque Eraſiſtratum adusque quatuor vel quinque ſyllabas, ut protuli, ſcripſiſſe animadverterunt. Nam τέμνειν φλέβα, *venam ſecare,* quatuor ſyllabis *exprimitur:* ipſa vero venae ſectio quinque. Quod autem paucillum a me prius ejus contextui additum eſt, puta, *utendum vero phlebotomia,* novem ſyllabis eſſertur. Jam ergo ſileant illi qui tum artem diſcentibus tum aegrotis ipſis illudunt, quum Eraſiſtratum venae ſectione uſum fuiſſe proferunt, ſed nullum de ea ſermonem feciſſe, quod illa cataplaſmatum oleruinque decoctionis *confictione* multo evidentior eſſet. Si namque artis candidati ob id venam ſecare velint, quod quemadmodum venae per inedias evacuatae inflammationes ſolvant, ita venae ſectiones cunctos deinceps quos Eraſiſtratus inediam ferre jubet ſanguinis detractione curabunt. Atque hoc etiamnum pauxillum eſt.

Cap. VI. Adoleſcentes autem, qui neque de venae ſectionis menſura, neque de venis ſecandis quicquam audi-

Ed. Chart. X. [418.] Ed. Baſ. IV. (12. 13.)

Κεφ. λζ. Ἑκάστη τις φύσις τῶν αἰσθητῶν ἰδίᾳ ὑποβέβληται· θερμότης μὲν καὶ ψυχρότης καὶ σκληρότης καὶ μαλακότης ἁφῇ, λευκότης δὲ καὶ μελανότης καὶ ξανθότης, ἐρυθρότης τε καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπαν τὸ τῶν χρωμάτων γένος ὄψει, πικρότης τε καὶ γλυκύτης, αὐστηρότης τε καὶ στρυφνότης, ὀξύτης τε καὶ ἁλυκότης καὶ δριμύτης, γεύσει καὶ μαίνεσθαι δόξει σαφῶς, εἴ τις ἢ τὰς χροιὰς τῇ γεύσει κρίνειν ἐπιχειρήσειεν, ἢ τοὺς χυμοὺς τῇ ὄψει. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ περὶ τῆς ἁφῆς χρὴ γινώσκειν καὶ περὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, ὡς τὰς μὲν ἁπτὰς διαφορὰς ἁφῇ κριτέον ἐστὶ, τὰς δ' ἀκουστὰς ἀκοῇ, τὰς δ' ἐν ἀτμοῖς ὀσφρήσει. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων ἀκούσωμεν εἰ βούλεσθε καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ τῶν γευστῶν διαφορῶν ἐξηγουμένου. χρὴ δὲ οὐ τῇ φυσιολογίᾳ προσέχειν αὐτοῦ τὸν νοῦν. οὐ γὰρ ἂν ἐν καιρῷ μοι νῦν εἴη

revocaverimus quae idiotas non fugiunt ipfisque haud ignota erant, quum nondum contendendi libidine in fenfus pervenissent contemptum, poftea autem per fupervacaneam fapientiam amiferunt, ad id quod continuum orationi eft transibimus.

Cap. XXXVII. Unaquaeque fenfilium natura privatim fubjecta eft, tactui quidem caliditas ac frigiditas, durities et mollities; albedo vero, nigredo, flavedo, rubor, atque ut fummatim dicam, univerfum colorum genus vifui: amaror, dulcedo, aufteritas, acerbitas, aciditas, falfedo, acrimonia guftui: planeque demens videatur fi quis guftu colores judicare tentet, aut fapores vifu. Eodem modo de tactu cognofcendum eft reliquisque fenfibus, fi quidem tactu judicandae funt differentiae tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Quae quum fic fefe habeant, audiamus, quaefo, Platonem guftabiles differentias exponentem. Haud tamen animus ipfius phyfiologiae attendendus eft. Nec enim

μνημονεύειν αὐτῆς, [26] οὐδ' εἰς τοῦτο καλῶ μάρτυρα τὸν ἄνδρα, μόνον δ' ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι κατὰ τίνος πράγματος ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ἔθος ἐστὶν ἐπιφέρειν τοῖς Ἕλλησιν. ἄκουε τοίνυν τοῦ Πλάτωνος λέγοντος· ὅσα μὲν γὰρ εἰσιόντα περὶ τὰ φλεβία, οἷόν περ δοκίμια τῆς γλώττης, τεταμένα δ' ἐπὶ τὴν καρδίαν εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρκὸς καὶ ἁπαλὰ ἐμπίπτοντα γήϊνά τινα μέρη κατατηκόμενα ξυνάγει τὰ φλεβία καὶ ἀποξηραίνει, τραχύτερα μὲν ὄντα στρυφνὰ, ἧττον δὲ τραχύνοντα αὐστηρὰ λέγεται. τὰ δὲ τούτων ῥυπτικὰ καὶ πᾶν τὸ περὶ τὴν γλῶτταν ἀποπλύνοντα πέραν μὲν τοῦ μετρίου τοῦτο δρῶντα καὶ προσεπιλαμβανόμενα, ὥστε ἀποτήκειν αὐτῆς τι τῆς φύσεως, οἷον ἡ τῶν νίτρων δύναμις, πικρὰ πάνθ' οὕτως ὠνόμασται. τὰ δὲ ὑποδεέστερα τῆς νιτρώδους ἕξεως, ἐπὶ τὸ μέτριόν τε τῇ ῥύψει χρώμενα, ἁλυκὰ ἄνευ πικρότητος τραχείας καὶ φίλα μᾶλλον ἡμῖν φαντάζεται. τὰ δὲ τῇ τοῦ στόματος θερμότητι κοινωνήσαντα καὶ λεαινόμενα ὑπ' αὐτοῦ συνεκπυρούμενα καὶ πάλιν αὐτὰ ἀντικάοντα τὸ διαθερμῆναν, φερόμενά τε καὶ ὑπὸ κουφότητος ἄνω πρὸς τὰς τῆς κεφαλῆς

nunc tempeſtive ejus miminero, neque in hoc viri teſtimonium cito, ſed tantum ut oſtendam qua de re quodque nomen efferre Graecis mos eſt. Auſculta ergo diſſerentem Platonem. *Tenduntur a lingua venulae ad cor ſaporum nunciae, in quas ſi quae ita inciderint, ut humidam mollemque carnis partem penetrantia, terreſtri ſua natura liqueſacta venulas contrahant atque deſiccent, ſiquidem aſperiora ſint, acerba, ſi minus aſpera, auſtera nuncupantur. Caeterum quae eas abſtergunt totamque linguam abluunt, ſi quidem id ſupra modum efficiant ſimulque aliquid abſumant, ut de natura aliquid colliquent, qualis eſt nitrorum facultas, amara omnia appellantur. At quae nitri virtute inferiora ſunt, ac moderata utuntur abſterſione, ſalſa citra aſperam amaritudinem et grata nobis magis apparent. Quae vero ubi oris caliditati applicata ab eoque mollita et ferveſacta ipſum viciſſim recaleſaciunt atque accendunt, praeque levitate ad capitis feruntur ſen-*

Ed. Chart. XIII. [26.] Ed. Baf. II. (15.)

αἰσθήσεις, τέμνοντά τε πάνθ' ὁπόσα ἂν προσπίπτῃ διὰ ταύτας τὰς δυνάμεις, δριμέα πάντα τὰ τοιαῦτα ἐλέχθη. τῶν δὲ αὐτῶν προλελεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος, εἰς δὲ τὰς στενὰς φλέβας ἐνδυομένων καὶ ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι γεώδεσιν καὶ ὅσα ἀέρος συμμετρίαν ἔχοντα, ὥστε κινήσαντα περὶ ἄλληλα ποιεῖν κυκᾶσθαι, κυκώμενα δὲ περιπίπτειν τε καὶ εἰς ἕτερα ἐνδυόμενα ἕτερα κοῖλα ἀπεργάζεσθαι περιτεινόμενα τοῖς εἰσιοῦσιν, ἃ δὴ νοτίδος περὶ ἀέρα κοίλης περιταθείσης ποτὲ μὲν γεώδους, ποτὲ δὲ καὶ καθαρᾶς, νοτερὰ ἀγγεῖα ἀέρος ὕδατα κοῖλα περιφερῆ τε γενέσθαι καὶ τὰ μὲν τῆς καθαρᾶς εἰς διαφανεῖς περιστῆναι, κληθείσας ὄνομα πομφόλυγας, τὰ δὲ τῆς γεώδους, ὁμοῦ κινουμένης τε καὶ αἰρομένης, ζέσιν τε καὶ ζύμωσιν ἐπίκλην λεχθῆναι. τὸ τούτων αἴτιον τῶν παθημάτων ὀξὺ προσρηθῆναι. ξύμπασι δὲ τοῖς περὶ ταῦτα εἰρημένοις πάθος ἐναντίον ἀπ' ἐναντίας ἐστὶ προφάσεως, ὁπόταν ἡ τῶν εἰσιόντων ξύστασις ἐν ὑγροῖς, οἰκεία τῇ τῆς γλώττης ἕξει πεφυκυῖα, λεαίνῃ μὲν ἐπαλείφουσα τὰ τραχυνθέντα, τὰ δὲ παρὰ φύσιν συνεστῶτα ἢ κεχυμένα, τὰ μὲν

ſus ac quaeque obvia incidunt, talia omnia has ob vires acria nuncupata ſunt. Eadem vero iſta interdum a putredine attenuata et anguſtas ingredientia venas, partes inibi tam terrenas quam quodammodo aërias mutuo incurſu movent ac miſceri compellunt, commixta vero circumlabi alias et alias ingredi, ingreſſu ſuo penetratas concavas circuntenſasque aſſicere, easque humore circumſuſo concavo, interim terreno, interim puro vaſcula aëris ex aqua concava rotundaque eſſici: ac quae ex puro conſtant, perlucida ſunt et vocantur ampullae, quae vero ex terreſtri agitato elatoque, ebullitio fermentatioque nuncupatur. Harum aſſectionum cauſa acidum cognominatur. Omnibus vero quae de iſtis dicuntur, aſſectio contraria ab occaſione naſcitur contraria. Porro ubi ingredientium conſtitutio in humidis familiaris linguae habitui exiſtit, quae exaſperata quidem ſuerint lenit, quae vero praeter naturam aut coierint conſliterintque, aut ſuſa laxaque ſuerint, partim

Ed. Chart. XIII. [26.] Ed. Baſ. II. (15.)

συνάγῃ, τὰ δὲ χαλᾷ καὶ πάνθ' ὅτι μάλιστα ἱδρύῃ κατὰ φύσιν, ἡδὺ καὶ προσφιλὲς παντὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἴαμα τῶν βιαίων παθημάτων γιγνόμενον, κέκληται γλυκύ. διὰ ταύτης ἁπάσης τῆς ῥήσεως ὁ Πλάτων ἐξηγήσατο τίνα μὲν ἔθος ἐστὶν ὀνομάζειν αὐστηρὰ, τίνα δὲ στρυφνὰ, καὶ τίνα μὲν ἁλυκὰ καὶ νιτρώδη, τίνα δὲ πικρὰ, καὶ τίνα μὲν δριμέα, τίνα δὲ ὀξέα, τίνα δὲ γλυκέα. τὸ δὲ πρὸς ἡμῶν στῦφον αὐστηρὸν δηλονότι προσαγορεύων, οὕτω γὰρ ὠνομάζετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν. οὐ μὴν εἰς ταὐτόν γε συγχεῖ πάντα, καθάπερ οὗτοι, καὶ τὸ πέπερι στύφειν φάσκοντες ἐκ τῆς τῶν δριμέων φύσεως ὑπάρχον καὶ τὸ ὄξος ἐκ τῆς τῶν ὀξέων, οὐκ αἰδούμενοι δὲ καὶ τῶν γλυκυτάτων ἔνια τοῖς στύφουσι προσνέμειν. ἅτ' οὖν ἁπάντων αὐτοῖς συγκεχυμένων, εὐθὺς κατ' ἀρχὰς οὐδὲ δυνάμεις εὑρεθῆναι δύνανται. πάσης γὰρ εὑρέσεώς τε καὶ ἀποδείξεως ἀρχαὶ τὰ πρὸς αἴσθησίν τε καὶ νόησίν ἐστιν ἐναργῆ. ταράττουσι δὲ οὗτοι ταῦτα ἀμφότερα καὶ συγχέουσιν εἰς ταὐτὸν ἅπαντα, τά τε τῶν αἰσθήσεων ἔργα τε καὶ πάθη καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τὰ τῆς νοήσεως,

contrahit, partim laxat, omniaque quam maxime ad naturae ſtatum reducit, quicquid ejusmodi eſt jucundum ſuaveque et cognatum eſt omnibus violentarumque paſſionum remedium ac medela, nominaturque dulce. His verbis Plato quae nos vocare ſolemus auſtera, quae acerba, quae ſalſa et nitroſa, quae amara, quae acria, quae acida, quae dulcia expoſuit. Id videlicet quod a nobis aſtringens dicitur, ipſe auſterum nuncupans: nam ſic a vetuſtioribus Graecis appellari ſolet. Non tamen omnia in unum confundit, ſicut ii faciunt qui et piper aſtringere dictitant, quum ex acrium ſit natura, et acetum quod ex acidis eſt, nec ſane etiam veriti dulciſſimorum quaedam aſtringentium numero aſcribere. Ex quo fit, quum omnia confundant, ut protinus nec facultates invenire omnino valeant. Omnis enim inventionis demonſtrationisque principia ſunt, quae ſenſui atque intellectui evidentia ſunt. At iſti haec ambo perturbant atque omnes in unum confundunt quum ſenſuum actus et paſſiones, tum multo etiam magis intellectus ac rationis,

Ed. Chart. XIII. [26. 27.] Ed. Baf. II. (15.)

ἅτε μὴ γεγυμνασμένα κατὰ λογικὴν θεωρίαν, ὥστ᾽ ἔργον εἶναι φυλάξασθαι τὴν ἀδολεσχίαν αὐτῶν καὶ μὴ συναπολαῦσαί τι τῆς αὐτῶν οὕτω πολλῆς καὶ ματαίας φλυαρίας. ἔργον δ᾽ οὐ σμικρὸν καὶ τὸ μεταδιδάξαι καὶ μεταλλάξαι τοὺς διεστραμμένους ὑπ᾽ αὐτῶν εἰς τοσοῦτον, ὡς καταφρονεῖν τε τῶν αἰσθήσεων, ἀγυμνάστους τε κατὰ λογικὴν εἶναι θεωρίαν, ἀνηκόους δὲ καὶ τῶν περὶ φύσεως λογισμῶν, οὓς οἱ φιλόσοφοι διασκέ-[27]πτονται. πάντως γὰρ ἄν που τό γε τοσοῦτον ἐπεγίνωσκον, ὡς δεδιέναι χρὴ καὶ φυλάττεσθαι τὰς ἐν αὐτοῖς ἀπορίας καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπιτρέπειν μᾶλλον ἢ λόγοις κιβδήλοις ὑπὲρ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως.

Κεφ. λή. Ἀλλὰ τοὺς μὲν τοιούτους οὐκ ἐγχωρεῖ μεταδιδάξαι· τῶν δ᾽ ἄλλων ἕνεκα τῶν ὠφεληθῆναι δυναμένων ἀναληπτέον ἐστὶν καὶ διοριστέον ἀκριβῶς τὸν περὶ τῶν ἰδίων τῆς γλώττης αἰσθητῶν λόγον. ὀνομάζεται μὲν οὖν ὑπὸ τῶν περὶ Θεόφραστόν τε καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Μνησίθεον τὸν ἰατρὸν ἡ γευστὴ δύναμις χυμὸς, ἀπὸ τοῦ μ στοιχείου τῆς

nimirum haudquaquam in speculatione logica versati. Itaque operae pretium est nugacem illorum loquacitatem omnibus modis effugere, ne quid nobis quoque attribuatur vitii ex tam prolixa illorum futilique nugacitate. Porro haud leve negotium est dedocere ac transmutare eos qui ab illis usque adeo perversi sunt, ut et sensum contemnant et nequaquam in speculatione logica se exercuerint, planeque rudes sint rationum quas de natura philosophi considerant. Omnino enim saltem vel id didicissent, quae in illis sunt ambiguitates fugiendas esse cauteque observandas, tum sensibus magis super simplicium medicaminum facultatibus, quam rationibus haud satis integris committendum esse judicium.

Cap. XXXVIII. Verum tales dedocere ac velut transformare est impossibile. At aliorum tamen gratia nimirum quos conatus noster juvare poterit resumenda est, diligenterque definienda tota de propriis linguae sensoriis oratio. Nuncupatur igitur tum a Theophrasto, tum ab Aristotele, tum a Mnesitheo medico, gustandi facultas χυμὸς te-

δευτέρας συλλαβῆς ἀρχομένης. ἡ δ᾽ ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ σύστασις ὑπὸ θερμότητος πεφθέντων χυλὸς, ἀπὸ τοῦ λ τῆς δευτέρας ἀρχομένης συλλαβῆς. παρὰ μέντοι τοῖς παλαιοτέροις αὐτῶν οὐκ Ἀττικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἴωσιν ἑκάτερα διὰ τοῦ μ γέγραπται. καὶ γὰρ καὶ παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ καὶ παρ᾽ Ἱπποκράτει καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς κωμικοῖς οὕτως εὑρίσκεται. λελέχθω δ᾽ ἔν γε τῷ παρόντι λόγῳ πρὸς ἡμῶν ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας ἡ μὲν γευστὴ δύναμις, ἢ ποιότης, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ, διὰ τοῦ μ στοιχείου χυμὸς, ἡ δ᾽ ἔν τε τοῖς ζώοις καὶ φυτοῖς ὑγρότης πεπαχυσμένη χυλὸς, ἀπὸ τοῦ λ τῆς δευτέρας ἀρχομένης συλλαβῆς. ἰστέον οὖν ὡς οἱ μὲν καθ᾽ ἕκαστον φυτόν τε καὶ ζῶον, ἤδη δὲ καὶ οἱ κατὰ τὴν γῆν εὑρισκόμενοι χυμοὶ πάμπολλοί τινές εἰσι καὶ οὐκ εὐαρίθμητοι ταῖς ἰδέαις. αἱ δ᾽ ἐν αὐτοῖς γευσταὶ διαφοραὶ τοῖς μὲν ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν ἔδοξαν εἶναι, τοῖς δὲ ἑπτὰ, τοῖς δὲ καὶ (16) τούτων ἐλάττους. ὁ μὲν οὖν Πλάτων ἐν Τιμαίῳ διὰ τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως πρῶτον μὲν δυοῖν μέμνηται χυμῶν ὁμοειδῶν μὲν, ἀλλὰ τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον

cunda syllaba a μ littera incipiente, at ex humido siccoque consistentia, eorum videlicet quae a calore concocta sunt, χυλὸς a litera λ secunda incipiente syllaba. Tametsi ab aetate illis majoribus non modo Atheniensibus, sed et Ionibus utrumque per μ litteram scribi consueverit. Si quidem et apud Platonem et apud Hippocratem veteresque comicos sic scriptum reperitur. Vocetur autem a nobis in praesenti quidem sermone clarioris doctrinae gratia gustatoria facultas, sive qualitas, sive utcunque cuique appellare libet, per litteram μ, χυμός: humor autem incrassatus tum in animantibus tum in plantis, χυλὸς secunda syllaba a littera λ incipiente. Sciendum ergo sapores, qui tum in unoquoque animali ac planta, tum in terra inveniuntur plurimos esse nec facile specierum numero comprehensibiles, caeterum differentias gustabiles aliis octo visas aliis numero septem nonnullis autem et his quoque pauciores. At Plato in Timaeo in suprapos ita dictione primum duos sapores memorat ejusdem speciei, sed in ratione majoris ac minoris differentes,

διαφερόντων. ὀνομάζει δ' αὐτῶν τὸν μὲν αὐστηρὸν, τὸν δὲ στρυφνόν. εἴη δ' ἂν ὁ μὲν αὐστηρὸς κατὰ τὸν ὑφ' ἡμῶν στύφοντα προσαγορευόμενος, ὁ δὲ στρυφνὸς ἐπιτάσει τούτου γιγνόμενος, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐδήλωσεν. τούτους μὲν οὖν ὡς ἓν εἶδος ἀριθμητέον· ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἀντικειμένων αὐτοῖς τῶν νιτρωδῶν τε καὶ ἁλυκῶν καὶ πικρῶν. ἔστι δὲ κἀν τούτοις ὁ μὲν πικρὸς ἐξ ἐπιτάσεως τοῦ νιτρώδους γενόμενος, ὁ δὲ ἁλυκὸς ἤτοι τοῦ νιτρώδους ἀσθενέστερος, ἢ καὶ στύψεώς τι προσλαμβάνων. ἑξῆς δὲ ὑπὸ Πλάτωνος μὲν ὁ δριμὺς εἴρηται καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ὀξὺς καὶ τελευταῖος ὁ γλυκύς. ὑπὸ Θεοφράστου δὲ καὶ ὁ λιπαρὸς πρόσκειται, παραλελειμμένος μὲν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ἐν τῷ περὶ τῶν τῆς γλώττης ἰδίων αἰσθητῶν λόγῳ, γεγραμμένος δ' ἐν τοῖς τῶν φυτῶν χυλοῖς ἔμπροσθεν εὐθὺς, ἐν οἷς διῃρεῖτο τὸν οἰνώδη τοῦ ἐλαιώδους τε καὶ μελιτώδους. ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ μὲν τῷ λόγῳ πρὸς τοῖς τρισὶν οἷς εἴρηκα νῦν τέταρτον ἐτίθει γένος χυμοῦ περιλαμβάνων ἑνὶ προσρήματι καὶ καλῶν ὀπόν. ἐν οἷς δὲ ἐπὶ τὰ τῇ γεύσει αἰσθητὰ μετέβη, τοῦ μὲν γλυκέος εὐθὺς ἐν αὐτοῖς ἐμνημόνευσεν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει δήπου γλυκὺ ἢ

eorum alterum aufterum, alterum acerbum nominat. Fuerit autem aufterus is, quem aftringentem nuncupamus: porro acerbus hujus intenfione provenit, velut et ipfe Plato fignificavit, atque hos fane pro una fpecie numerabimus. Altera eft eorum quae illis oppofita funt, nitroforum videlicet, falforum et amarorum. Et in his quoque amarus ex nitrofi provenit intenfione: falfus vero aut nitrofo imbecillior, aut aftrictionis quoque affumens aliquid. Deinde a Platone acris expofitus eft, mox acidus, poftremo dulcis. At a Theophrafto additus eft pinguis, a Platone quidem in fermone de propriis linguae fenforiis praeteritus, verum paulo ante plantarum fuccis afcriptus, ubi vinofum ab oleofo et melleo difcernebat. Porro in illo fermone tribus nunc memoratis quartum adjecit fucci genus una appellatione comprehenfum, liquorem nominans. Ubi autem ad guftus fenforia tranfiit, protinus in iis dulcem memoravit, nihil enim retu-

μελιτῶδες φάναι, καθάπερ οὐδὲ λιπαρὸν ἢ ἐλαιῶδες. παραλέλοιπε δὲ τὸν λιπαρὸν ὡς οὐδὲν προσήκοντα τῇ γεύσει.

Κεφ. λθ'. Ἑρμηνεῦσαι μὲν ἀκριβῶς οὐχ οἷόν τε, διότι μηδ' ἄλλο τι τῶν αἰσθητῶν παθῶν, ἀναμνῆσαι μέντοι τὸν τῆς αὐτῆς [28] αἰσθήσεως κεκοινωνηκότα δυνατόν. εἰ δέ τις ἐγεύσατό ποτε κυδωνίων, ἢ μήλων, ἢ μύρτων, ἢ μεσπίλων, οἶδε μὲν σαφῶς ἑτέραν μὲν τὴν ἀπὸ τούτων αἴσθησιν ἡμῖν ἐν τῇ γλώττῃ γιγνομένην, ἑτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τῶν στυφόντων σωμάτων. τὰ μὲν γὰρ στύφοντα ἢ ψύχοντα συνωθεῖν ἔσω φαίνεται τὸ ψαῦον ἡμῶν μόριον ἐκ παντὸς μέρους ὁμαλῶς, οἷον ὠθοῦντά τε καὶ πιλοῦντα καὶ συνάγοντα· τὰ δ' αὐστηρὰ κατὰ βάθους τε διαδύεσθαι δοκεῖ καί τινα τραχεῖάν τε καὶ ἀνώμαλον αἴσθησιν ἐπάγειν, ὡς ἀναξηραίνοντα καὶ πᾶσαν ἐκβοσκόμενα τὴν ἰκμάδα τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων, ὥσθ' ἑτέραν εἶναι τὴν τῶν παθῶν ἰδιότητα, μηδὲ ῥηθῆναι σαφῶς δυναμένην, ἀπό τε τῶν στυφόντων ἡμᾶς σωμάτων καὶ τῶν αὐστηρῶν χυμῶν. ἀλλ' ὅστις γε ἄνθρωπος νοῦν ἔχει οἶδεν

lerit, dulce an melleum dicas, velut nec pingue an oleofum; omifit autem pinguem, ut qui ad guftum nihil attineret.

Cap. XXXIX. Qualis autem eorum fit unusquisque, exponere quidem exacte eft impoffibile, quandoquidem nec aliam ullam fenforiam paffionem: verum ei qui eodem fenfu communicaverit, licet fuggerere. Ergo fi quis aut cydonia, aut mala, aut mefpila aut myrta guftaverit, proculdubio cognofcet alium nobis ab his in lingua moveri fenfum, alium ab aftringentibus corporibus. Nam quae aftringunt aut refrigerant, introrfum pellere contactam noftri partem ex omni parte apparent, idque aequabiliter, velut pellentia ac ftipantia contrahentiaque. At auftera in profundum etiam fubire videntur, atque afperum quendam inaequabilemque movere fenfum, tanquam reficcantia et humorem omnem corporum fenfilium depafcentia. Ex quo fit ut alia fit paffionum proprietas, quaeque haud facile lucideque explicari poffit tum ab aftringentibus nos corporibus, tum ab aufteris faporibus. Sed quisquis homo mentem habet, facile quod

ὃ λέγω. ὅταν δὲ τὸ πλησιάζον τῇ γλώττῃ σῶμα σφοδρῶς ξηραίνῃ καὶ ξυνάγῃ καὶ τραχύνῃ μέχρι βάθους πλέονος αὐτὴν, ὥσπερ ἀχράδες ἄωροι καὶ κράνες στυφνὸν ἅπαν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται, τῶν αὐστηρῶν ἐπιτάσει διαφέρον. ὃ δὲ καλοῦμεν ἡμεῖς στῦφον, οὐ πάνυ μέντοι πρὸς τῶν περὶ τὸν Θεόφραστον εὑρεῖν ἔστιν εἰρημένον. ἔοικε δή τι ταὐτὸν δηλοῦν τῷ αὐστηρῷ, ἢ κοινὸν εἶναί τι γένος τούτου τε καὶ στρυφνοῦ. ὅσα δ' ἐν τῷ ψαύειν τῆς γλώττης οὐ συνάγει μὲν αὐτὴν, οὐδὲ σφίγγει καθάπερ τὰ στύφοντα, τὸ δ' ἐναντίον ἅπαν φαίνεται ποιοῦντα, ῥύπτοντα καὶ ἀποπλύνοντα, κἂν εἴ τι τῶν στυφόντων παρακέοιτο, ταῦτα σύμπαντα προσαγορεύομεν ἁλυκά. τὰ δ' ἔτι μᾶλλον τούτων ῥύπτοντα, μέχρι τοῦ καὶ τραχύνειν ἀνιαρῶς, πικρὰ προσαγορεύεται. τὰ δέ γε δάκνοντά τε καὶ διαβιβρώσκοντα μετὰ θερμότητος ἰσχυρᾶς δριμέα. τὰ δ' ἄνευ αὐτῆς δάκνοντα καλεῖται μὲν ὀξέα, πρόσεστι δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ ζυμοῦν. ὅσα δ' οἷον ἐπαλείφει τε καὶ ἀναπληροῖ καὶ καθίστησι τὰ τετραχυμένα τε καὶ οἷον διαβεβρωμένα τῆς

dico comprehenderit. Porro quando quod linguae noftrae admotum fuerit corpus, valde deficcat, contrahit et in multam profunditatem usque illam exafperat, ficut pyra filveftria immatura et corna, ejusmodi omne acerbum appellatur, ab aufteris intenfione duntaxat diverfum. At quod nos aftringens vocitamus, haud temere a Theophrafto dictum reperias. Videtur autem idem fignificare, quod aufterum, aut certe commune effe genus tum hujus, tum etiam acerbi. Quaecunque vero linguam, dum contingunt, non contrahunt eam, neque conftipant velut adftringentia, imo contra plane agere apparent, nempe detergentia et abluentia, etiam fi aftringentium quippiam adjunctum fit, haec omnia falfa cognominamus. At quae his etiam magis detergunt, adeo ut etiam molefte exafperent, amara nominantur. Porro quae mordicant roduntque, idque cum valida quadam caliditate, acria vocantur; fin haec abfit, acida, caeterum hac fermentandi quoque vim obtinent. At quae velut inungunt atque implent, ac in ftatum fuum reftituunt exafpera-

γλώττης μόρια, ταῦτα μετὰ μὲν ἡδονῆς ἐναργοῦς ψαύοντα γλυκέα, χωρὶς δὲ ταύτης λιπαρὰ προσαγορεύεται. ἐγὼ μὲν οὖν, ὡς οἷόν τέ μοι μάλιστα λόγῳ διελθεῖν ἐπεχείρησα δυσερμήνευτα πράγματα. θαυμάζω δὲ τῶν ἑτοίμως ἅπαντα στύφοντα προσαγορευόντων, καὶ τὰ δριμέα καὶ τὰ πικρὰ καὶ τὰ γλυκέα καὶ τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ ὀξέα. καὶ γὰρ ὀνόματα διαφέροντα κεῖται τοῖς πράγμασιν εὐθὺς ἐκ παλαιοῦ καὶ τῶν αἰσθητῶν παθῶν. οὐ σμικρά τις ἡμῖν ἐστιν ἡ διαφορά. βέλτιον δ᾽ ἦν ἴσως, εἴπερ ἐβούλοντο φυσιολογεῖν, οὐκ ἀνατρέπειν τὰ φαινόμενα καὶ συγχεῖν τὰς προσηγορίας, ἀλλὰ ζητῆσαι τίνος μὲν κράσεως ἢ διαθέσεως, ἢ κατασκευῆς σώματος, ἢ ὅπως ὀνομάζειν ἐθέλωσιν, ἔγγονος γίνεται στύψις, τίνος δ᾽ ἁλυκότης καὶ πικρότης ὀξύτης τε καὶ δριμύτης καὶ γλυκύτης καὶ λιπαρότης, ἅπερ οἱ περὶ Πλάτωνά τε καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Θεόφραστον ἐπειράθησαν διορίσασθαι. δῆλον γὰρ ὡς εἴπερ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ συνιόντων κέκραται πάντα, καὶ τῶν εἰρημένων ἑκάστη ποιότης ἐκ τῆς τούτων κράσεως

tas, ac veluti eroſas linguae partes, haec ſi cum voluptate manifeſta contingant, dulcia, ſin hac ſine, pinguia vocitantur. Atque hoc quidem pacto quantum in me fuit res explicatu longe difficillimas verbis exponere ſum conatus. Miror autem qui tam prompte omnia aſtringentia nominent, ſive acria ſint, ſive amara, ſive dulcia, ſive pinguia, ſive acida, quum jam olim rebus ipſis impoſita ſint nomina, atque affectuum ſenſibilium non exigua in nobis differentia ſit. Praeſtitiſſet fortaſſis, ſi quidem naturales ſcrutari rationes voluerint, apparentia non evertere, nec appellationes confundere, verum inquirere cujus temperamenti aut diſpoſitionis aut corporis conſtitutionis, aut quomodocunque nominare velint, ſoboles ſit aſtrictio, cujus ſalſedo, amaror, aciditas, acrimonia, dulcedo, pinguitudo, quae Plato, Ariſtoteles, ac Theophraſtus conati ſunt definire. Clarum quippe eſt ſi ex calido, frigido, humido ſiccoque coëuntibus omnia ſunt mixta, etiam dictarum quamque qualitatum ex horum

ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ὅπως τῶν εἰρημένων ἕκαστος γίνηται χυμῶν ἐπιχειροῖεν ἐξηγεῖσθαι, κἂν ἡδέως ἐπακούσαιμι καὶ χάριν γνοίην αὐτοῖς οὐ μικράν. εἰ δὲ οὐδὲ τοῦτο ποιοῦσιν, ἔτι τε συγχέουσιν εἰς ταὐτὸν ἁπάσας τὰς αἰσθητὰς διαφορὰς, ὡς κινδυνεύειν ἅπαντα τὰ σώματα στύφοντα προσαγορεύειν, οὔτ᾽ ἂν αὐτοὺς ἐπακούειν ἐθέλοιμι, κἀκείνους ἂν εὐξαίμην παύσασθαι ματαίου φιλονεικίας.

Κεφ. μ΄. [29] Ἀλλ᾽ ἡμεῖς μὲν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα πειρασόμεθα δεῖξαι τίνος ἕκαστος τῶν χυμῶν ἐστι κράσεως ἔγγονος. ἐν δὲ τῷ παρόντι τὸ χρήσιμον εἰς τὴν τέχνην αὐτὸ μόνον ἐθίσαι βούλομαι, πρότερον ἐκλέγειν τοὺς μανθάνοντας ἐπὶ τὴν πεῖραν ἐρχομένους, ἐπειδὰν κρῖναι βουληθῶσιν ὅπως ἡμᾶς ἕκαστον τῶν φαρμάκων διατίθησιν. οὐ γὰρ δὴ καθ᾽ αὐτό γε καὶ πρὸς τὴν ὅλην φύσιν ὁποῖόν ἐστιν ἐπισκεπτόμεθα. δῆλον γὰρ ὡς οὕτω μὲν οὔτ᾽ ἂν ὄξος οὔτε θάλαττα λέγοιτο ξηραῖνον ἡμᾶς, ἢ ξηρὸν εἶναι τὴν δύναμιν. ἐνεργείᾳ γάρ ἐστιν ἑκάτερον αὐτῶν ὑγρὸν, ἀλλ᾽ ἐὰν ξηραίνειν ἡμᾶς

conſtare mixtione. Itaque ſi quemadmodum dictorum ſaporum quisque proveniat, exponere conarentur, lubens equidem auſcultarer gratiamque haberem non exiguam. At ſi neque hoc efficiant, imo inſuper ſenſorias omnes differentias in unum confundant, ut parum abſit quin corpora omnia aſtringentia nuncupent, ſane nec audire ipſe velim illosque obſecrarem, ut inanem contentionem relinquerent.

Cap. XL. At nos equidem in ſequentibus oſtendere conabimur, cujusnam temperamenti ſaporum quisque ſit ſoboles. In praeſenti autem diſcipulos ad experientiam acceſſuros aſſueſcere velim, ut id ſolum quod ad artem eſt utile prius ſeligant, ubi judicare velint quo pacto unumquodque nos medicamentorum aſficiat. Quippe non quale ex ſe ſit et ad totam naturam conſideramus. Nam hoc pacto, neque acetum, neque marinam aquam nos exiccare poſſe aut ſicca eſſe facultate dici manifeſtum eſt, ſiquidem utrumque illorum actu eſt humidum. Verum ſi nos exiccare appareant, ſicca

φαίνηται, ξηρὰ λεχθήσεται πρὸς ἡμᾶς δηλονότι καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν, ἐν ἴσῳ τῷ ξηραντικά. καὶ δὴ καὶ θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅταν ἡμᾶς θερμαίνῃ καὶ ψύχῃ καὶ ὑγραίνῃ, λεχθήσεται πρὸς ἡμᾶς, οὐ πρὸς τὴν ὅλην οὐσίαν, οὐδὲ καθ᾽ ἑαυτά. καὶ μὴν εἴπερ τούτου μόνου μνημονεύοιμεν, ἡ πεῖρα μόνη κριτήριον ἁπάντων ἔσται βεβαιότατον, ὥσθ᾽ ὅσαι ταύτην καταλιπόντες ἑτέρωθεν ἐπιχειροῦσιν οὐ ψεύδονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χρήσιμον ἀνατρέπουσι τῆς πραγματείας. ἡμῖν γὰρ οὐχ οἷόν τι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἕκαστον τῶν φαρμάκων ἐστὶ πρόκειται ζητεῖν, ἀλλ᾽ οἷόν τι δρᾷν πέφυκεν εἰς ἡμᾶς. ὁ μὲν δὴ πρῶτός μοι λόγος ἐνταυθοῖ τελευτάτω. κατὰ δὲ τὸν ἐφεξῆς ἔτι τὸν δεύτερον, ἔλαιόν τε καὶ ῥόδινον ἐν παραδείγματι τῷ λόγῳ προχειρισάμενος ἐπιδείξω. κἀνταῦθα τὰς μοχθηρὰς ὁδοὺς τῶν ἐπιχειρημάτων, αἷς οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν χρώμενοι παραλογίζονται σφᾶς μὲν αὐτοὺς πρῶτον, σὺν ἑαυτοῖς δ᾽ ἤδη καὶ ἄλλους πολλούς. ἐπειδὰν δὲ τοῦτο περανθῇ, μεταβὰς ἐπὶ τὸ τρίτον τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, ὅσα λο-

dicentur, ad nos videlicet et noſtram naturam parem ſiccandi poteſtatem obtinentia. Quin etiam et calida et frigida et humida eodem dicentur modo, ubi nos ſcilicet calefaciant, refrigerent, atque humectent, eaque ad nos, non ad totam ſubſtantiam nec ex ſe. Atqui ſi hujus duntaxat meminerimus, certiſſima omnium erit judicatrix ſola experientia, quam qui relinquunt atque aliunde ratiocinantur, non ſolum falluntur, ſed etiam tractationis utilitatem ſubvertunt. Proinde nobis propoſitum non eſt, quale ſua natura quodque ſit medicamentum exquirere, verum quid in nobis efficere poſſit. Atque hic primi libri finis eſto. At in ſecundo deinceps oleo ac roſaceo exemplorum vice in ſermone poſitis, pravas et inibi ratiocinandi vias monſtrabimus, quibus quum medicorum complures utantur, in primis quidem ſe ipſos decipiunt, ſecumque alios multos in errorem pertrahunt. At ubi id erit abſolutum, ad tertium commentariorum tranſiens quaeſtiones logicas, quae univerſam de ſim-

γικὰ ζητήματα προηγεῖται τῆς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἁπάσης διεξόδου, ταῦτα πειράσομαι διελθεῖν, ὥστε κατὰ τὸ τέταρτον αὐτὰς ἤδη (17) τὰς δυνάμεις ἁπάντων διορίζειν, ὧν εὐθὺς ἂν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἡψάμην, εἰ μὴ μεστὰ παραλογισμῶν ἦν σχεδὸν ἅπαντα τὰ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν βιβλία. τούτους οὖν ἐκκαθᾶραί τε καὶ ἀποσκευάσασθαι χρὴ πρῶτον ἐκ τῆς τοῦ μανθάνοντος ψυχῆς, ὅπως μηδὲν ἐμποδίζοιεν τοῖς ἀληθέσιν. ὡς γὰρ Ἱπποκράτης φησὶν, οὕτω καὶ Πλάτων ἔλεγεν· οὐ μόνον τὰ μὴ καθαρὰ σώματα, ὁπόσῳ ἂν θρέψῃς μᾶλλον βλάψεις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἀκαθάρτοις ψυχαῖς, εἰ τροφίμους προσφέρεις λόγους, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελήσῃς ἂν, ἀλλὰ καὶ βλάψεις οὐ σμικρά. διὰ ταῦτα μὲν οὖν αὐτὰ καὶ ὅτι πολλοὶ τῶν ἑταίρων ἐξελεγχθῆναι τοὺς παραλογισμοὺς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἠβουλήθησαν, οὐκ ἐν ταῖς συνουσίαις μόνον ἃς ἑκάστοτε ποιούμεθα συνδιατρίβοντες αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, ἀνάγκην ἔσχον ἐπιπλέον ἐγχρονίσαι τοῖς πρώτοις δύο βιβλίοις, ἵνα ἐν τῷ τρίτῳ καθαρὸν ἤδη τῇ ψυχῇ τὸν ἀκροατὴν ἔχων καὶ δυνάμενον ἕπεσθαι τοῖς ἀληθέσι λόγοις, ὅσα τε χρὴ περὶ τῶν ἀρχῶν τῆς προκειμένης ἡμῖν

plicibus medicamentis enarrationem antecedunt, explicare conabor. Ut videlicet in quarto ipfas jam facultates omnium definire liceat, quas protinus a principio tetigiffem, nifi plena paralogismis, atque erroribus omnium prope juniorum medicorum effent volumina, quos prius extergere atque ex animis difcentium delere oportet, ne quid veritati obfiftat. Nam ut Hippocrates inquit, fic etiam ait Plato: *Non folum impura corpora quanto plus nutrias, tanto magis laedas, verum etiam impuris animis fi nutrientes fermones offeras, non modo nihil profis, verum etiam magnopere obfueris.* Itaque his de caufis, tum etiam quia amicorum plerisque vifum eft, ut juniorum medicorum argueremus paralogifmos, non tantum in congreffibus quos quotidie cum illis habemus, fed etiam hifce commentariis, neceffe mihi fuit diutius prioribus iftis duobus immorari, quo videlicet in tertio purum animi auditorem nactus, quique veras affequi rationes poffit, tum ea exponam quae de hujus fpeculationis principiis

θεωρίας ἐγνωκέναι διέλθω, μετὰ ταῦτά τε τῶν φαρμάκων ἑκάστου πάσας ἐπέλθω τὰς δυνάμεις. ἔσται δὲ τοῦτο διὰ βιβλίων, ὡς οἶμαι, τῶν πάντων ἕνδεκα τηλικούτων μάλιστα τὸ μέγεθος ἡλίκον καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πάντων πρῶτον. ᾧ μέτρον ἤδη τὸ δέον ἔχοντι τελευτὴν ἐπιτίθημι ταύτην αὐτῷ τὴν ῥῆσιν.

noviſſe oportet, tum deinceps omnes medicamenti cujusque facultates enarrem. Id autem fiet in univerſum, ut reor, libris undecim ea ferme magnitudine conſtantibus, cujus eſt hic, qui eſt omnium primus. Qui quum convenientem nunc nactus ſit modum, finem per hanc dictionem accipiat.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΑΣΕΩΣ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΤΩΝ ΑΠΛΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. XIII. [30.] Ed. Baſ. II. (17.)

Κεφ. α'. Οἱ τοὺς οἰκείους ὅρους ὑπερβαίνοντες σοφισταὶ μακρὸν ἡμῖν ποιοῦσιν τὸν περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως λόγον. πόῤῥωθεν γὰρ ἀρχόμενοι καὶ τὴν αἴσθησιν ἀτιμάζοντες, ἐμβάλλοντές τε σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὰ καὶ ἐν τοῖς φιλοσόφοις ἠπορημένα, προσαπολλύουσιν οἷς ἀγνοοῦσιν καὶ τὰ σαφῶς γινωσκόμενα. καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ πλείους αὐτῶν ἀμαθεῖς ὑπάρχοντες οὐ τῆς φυσικῆς θεω-

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM TEMPERAMENTIS AC FACVLTATIBVS LIBER II.

Cap. I. Prolixa nobis ut ſit de ſimplicium medicamentorum facultatibus oratio, limites ſuos excedentes ſophiſtae efficiunt. Nam quum procul principia ducant, ſenſumque pro nihilo habeant ſeſeque in illa conjiciant quae philoſophis etiam ambigua ſunt, ſimul cum iis quae ipſi ignorant et ea quae aperte cognoſcuntur ſubvertunt. Eaque plerique eorum faciunt non modo naturalis ſpeculationis,

ρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν λογικῶν μεθόδων, αἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν χρῆσθαι τὸν ὁτιοῦν ἀποδείξαντα, ὥστε μήθ᾽ ὅσα καλῶς εὕρηται τοῖς φυσικοῖς ἀνδράσιν μήθ᾽ ὑπὲρ ὧν αὐτῶν εὐλόγως ἠπόρηται γινώσκοντες, ἑκατέροις πολλάκις ἀποφαίνεσθαι τολμῶσι τἀναντία. φέρε δὲ ὦ πρὸς θεῶν, εἴπερ ἐγὼ νῦν ἀρξάμενος ὧδέ πως λέγειν, ὡς τεττάρων ὄντων στοιχείων ἀέρος καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ πυρὸς, ὡς οὐδενὸς ἄλλου ξύμφυτόν ἐστι τὸ λευκὸν καὶ λαμπρὸν χρῶμα, πλὴν αὐγῆς καὶ πυρὸς, εἶτα καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους τινας τῶν φυσικῶν ἐπὶ τῷ λόγῳ καλέσας μάρτυρας, ἅπαντα τὰ λαμπρὰ [31] σώματα πυρὸς πλείστου μετέχειν ἀποφηναίην ἀμελήσας ἐμβλέψαι χιόνι καὶ ψιμυθίῳ καὶ κρυστάλλῳ ἑτέροις τε μυρίοις τῶν λαμπροτάτων τε ἅμα καὶ ψυχροτάτων, εἶτά τινος αὐτὰ προχειριζομένου, τὸν ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἔλεγχον ἀποδιδράσκων ἀξιοίην ἐπὶ τὸν λόγον ἰέναι καὶ τούτῳ σκοπεῖσθαι περὶ φύσεως πραγμάτων, οὐκ αἰσθήσεσιν ἀλόγοις ἐπιτρέπειν τὸ πᾶν, ἆρ᾽ οὐκ ἂν τοῖς νοῦν ἔχουσιν μαίνεσθαι δόξαιμι, μηδ᾽ ἀφ᾽ ὧν ἄρχομαι τοῦ λόγου γινώσκων; ἐξ αἰσθήσεως

fed etiam logicarum methodorum imperitia, quibus utatur necesse est quisquis demonstrare quid aggreditur. Itaque quum nesciant tum ea quae bene a physicis viris sunt inventa, tum etiam ea de quibus non injuria illi dubitarunt, utrisque tamen contraria asserere saepenumero audent. Sed deum immortalem age obsecro, si nunc ego sic orsus dicere, quod quum quatuor sint elementa, aër, terra, aqua et ignis nulli tamen congenita sit albedo ac splendidus color nisi luci et igni, ac deinde citato Empedoclis ac nonnullorum physicorum aliorum testimonio splendida corpora omnia plurimum in se ignis habere dicam, haud curans aut nivem aut cerussam aut glaciem aut alia innumera tum splendidissima tum frigidissima inspicere, ac mox illa suggerente quopiam, procedente a sensu confutationem tergiversatus ad rationem accedi jubeam, ac per eam de rerum natura considerandum, haudquaquam sensibus ratione carentibus universum committendum censeam, nunquid mentem habentibus insanire videar, haud intelligens unde rationis desump-

Ed. Chart. XIII. [31.] Ed. Baſ. II. (17.)

γὰρ, οἶμαι, καὶ δι' αἰσθήσεως ἅπαντα τὰ τοιαῦτα τῶν ἀξιωμάτων ἐμάθομεν, ὡς ὁ μὲν ἥλιος λαμπρός ἐστιν, αἱ δὲ φλόγες ὑπόξανθοι, τῶν δ' ἀνθράκων οἱ πλεῖστοι ξανθοί. εἰ μὲν οὖν ἀποστητέον ἐστὶ ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐδεμίαν ἕξομεν ἀπόδειξιν οὔθ' ἡμεῖς ὧν νῦν εἰρήκαμεν οὔτε Ἐμπεδοκλῆς ὡδὶ γράφων,

Ἠέλιον μὲν θερμὸν ὁρᾷν καὶ λαμπρὸν ἁπάντη.

εἰ δέ ἐστιν ἀληθῆ ταῦτα, δῆλον ὡς πολὺ πρότερον αὐτῶν τὴν αἴσθησιν εἶναι χρὴ πιστήν. ἀλλ' ἄρχεσθαι μέν φασιν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀνθρώπους γε ὄντας, οὐ μὴν ἐπ' αὐτήν γε προσήκει καταμένειν διὰ παντὸς, ἀλλ' ἐπὶ τὸ θειότερον ἰέναι τὸν λόγον. αἰσθήσεως μὲν γὰρ καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις μετεῖναι, λόγου δὲ μόνον τοῖς θεοῖς. κἀντεῦθεν ἀρξάμενοι, δολιχὸν ἀποτείνουσι τὸν λόγον. καί τινες ἐξ αὐτῶν καὶ τὸν Ἀναξαγόραν ἐπικαλοῦνται μάρτυρα, περὶ τῆς χιόνος ἀποφηνάμενον, ὡς οὐκ εἴη λευκή. οὗτος ἄρα, φασὶ, φυσικὸς ἀνὴρ ὑπὲρ τὴν αἴσθησίν ἐστιν καὶ καταφρονεῖ

ſiſſem initium? Nam mea quidem ſententia ex ſenſu et per ſenſum omnia id genus cognoſci didicimus axiomata, nempe solem eſſe ſpendidum, ſlammas ſubſlavas, carbones plerosque flavos. Ergo ſi a ſenſibus recedendum eſt, nulla ſuppetet demonſtratio, neque nobis eorum quae modo diximus, neque Empedocli, quum ait:

Undique ſplendentem ſolem calidumque videre.

Quae ſi vera ſunt, perſpicuum eſt multo ante illa fidem habendam ſenſibus. Imo, inquiunt, mortales quum ſimus, a ſenſibus auſpicemur neceſſe eſt, verum illis haudquaquam perpetuo immorandum, ſed ad partem diviniorem accedendum, nempe rationem. Nam ſenſum et animantibus rationis expertibus ineſſe, rationem ſolam hominibus eſſe cum diis communem. Atque hinc exorſi in longum orationem extendunt. Quin etiam ex illis quidam et Anaxagoram in teſtimonium evocant, qui nivem pronunciarit non eſſe albam: *Hic*, inquiunt, *vir phyſicus ſupra ſenſum eſt atque ejus contemnit phantaſmata, ad rationem ire pergit, eaque duce*

μὲν τῶν ταύτης φαντασμάτων, ἐπὶ δὲ τὸν λόγον ἀνέρχεται, καὶ τούτῳ τὴν τῶν ὄντων θηρᾶται φύσιν. ἐμὲ δ' εἰ χρὴ τὸ παριστάμενον εἰπεῖν, ὡς ἐλευθέριόν τε καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον ἀλήθειαν σπουδάσαντα, μελαγχολίας ἐπέκεινα προεληλυθέναι νομίζω τοὺς τὰ τοιαῦτα ληροῦντας. εἰ μὲν γὰρ ἀνατρέψουσι τὰ διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐναργῶς φαινόμενα, πόθεν ἄρξονται τῶν ἀποδείξεων οὐχ ἕξουσιν. εἰ δ' ὡς ἀπὸ πιστῶν ἄρξονται, πῶς ὕστερον εὐλόγως ἀπιστήσουσιν; αἱ γὰρ τῶν ἀποδείξεων ἀρχαὶ πιστότεραι τῶν ἀποδεικνυμένων, ἃ τῆς ἐξ ἑτέρων δεῖται πίστεως. αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων οὐ μόνον αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων εὕρεσιν ὑπάρχουσι πισταί.

Κεφ. β'. Καὶ ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην ἅπαντα τὰ πράγματα ταῖς αἰσθήσεσιν ἡμῶν ἐναργῶς ὑποπίπτειν καὶ μηδὲν εἶναι τὸ διαφεῦγον αὐτὰς, ὡς οὕτως ἂν οὔτ' ἄπορον οὔτ' ἀμφισβητούμενον ἦν οὐδέν. ἐπεὶ δ' ἐκφεύγει τινὰ, πειρατέον ἐπάγειν αὐτοῖς τὸν λόγον, ἀλλ' οὔτε πόῤῥωθεν, ὡς ἐκεῖνοι ποιοῦσιν, οὔτ' ἀπέραντα συλλογιζομένους, ἀλλὰ πρῶτον μὲν

rerum naturam ſcrutatur. At ſi me quod in mentem venit fari oportet, qui liber ſim et in tota adeo vita veritatem coluerim, ad inſaniae extremum et ultra perveniſſe illos arbitror qui talia nugantur. Nam ſi quae per ſenſus evidenter apparent, evertant, unde ſumant demonſtrationum principia non habebunt. Sin autem ab iis, tanquam a fide dignis exordiantur, quo jure iisdem poſtea diffident? Nam demonſtrationum principia certiora ſunt quam ea quae per illa demonſtrantur, quippe quum iſta aliunde fidem mutuentur, demonſtrationum vero principia non ſolum ipſa per ſeſe, verum etiam ad quaeſitorum inventionem quibus credatur idonea ſint.

Cap. II. Equidem optarim nullas non res clare ſub ſenſus noſtros cadere, nec quicquam eſſe quod illos ſugeret; hoc enim pacto nihil dubium, nihil ambiguum, aut anceps usquam foret. Verum quoniam illos quaedam effugiunt, rationem illis ſuperinducere conandum eſt, ſic tamen ut non procul, ut illi factitant, nec infinita colligamus. Verum ante

τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων ἀκριβῶς διαιρουμένους, ἵνα μή τις παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα ἀπάτη γίγνηται. δεύτερον δὲ τὸ καθ᾽ αὑτό τι δρῶν, τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ἀφορίζοντας. εἴρηται δ᾽ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὑπὲρ ἀμφοῖν ἀκριβῶς, καὶ τὰ σημαινόμενα τῶν δυνάμει θερμῶν, ἢ ψυχρῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ὑγρῶν, ἢ ὁτιοῦν ἄλλο λεγομένων εἶναι διήρηται. καὶ ὅπως ἄν τις εὑρίσκοι τὴν οἰκείαν ἑκάστου φαρμάκου δύναμιν ἀφορίζων τοῖς κατὰ συμβεβηκὸς, ἔν τε τῷ τρίτῳ περὶ κράσεων βιβλίῳ καθόλου διεληλύθαμεν, ἔν τε τῇ νῦν ἐνεστώσῃ πραγματείᾳ διὰ τῶν κατὰ μέρος ἐπε[32]ξίωμεν, ὡς ἤδη κἀν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ πεποιήκαμεν ἐφ᾽ ὕδατος καὶ ὄξους· ἐνταυθοῖ δὲ πάλιν, ἐπ᾽ ἐλαίου τε καὶ ῥοδίνου πράξομεν, ἐνδειξάμενοι πρότερον ἡλίκον ἁμαρτάνουσιν οἱ πόῤῥωθεν τῶν ἰατρῶν ἀποδείξεων ἀρχόμενοι. τί γὰρ ἔδει τὴν χρόαν ἐλαίου σκοπεῖν, ἢ ῥόδων, ἔχοντάς γε αὐτοῖς χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν πολυειδῶς, οὐκ ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν νοσούντων σωμάτων; καὶ γὰρ αὐτὰ καθ᾽ ἑαυτὰ ῥόδα καὶ τὸν χυλὸν αὐτῶν ἔνεστι λαμβάνοντας ἐπιτι-

omnia nominum significata diligenter definiamus, ne quis postea per aequivocationem falli possit; deinde quod ex se quid agit ab eo quod per accidens, separetur. De quibus ambobus supra accurate disseruimus, significataque eorum quae potestate aut calida, aut frigida aut sicca aut humida aut quidvis aliud esse dicuntur discrevimus. Tum quo pacto propriam cujusque medicamenti facultatem ab iis quae ex accidenti sunt, segregans invenire quis possit, universum quidem in tertio de temperamentis expositum est, atque in hoc tractatu particulatim enarrabimus, ceu in primo jam libro etiam fecimus in aqua et aceto et hic rursus in oleo et rosaceo facturi sumus, indicantes prius, quantum delinquant medicorum nonnulli qui longe demonstrationum ducunt principia. Nam quid oportuit olei aut rosae respexisse colorem, quando rebus ipsis varie uti liceat nec in sanis solum corporibus, sed et aegrotantibus? quippe quum ipsas per se rosas, aut succum earum expressum corpori tum sano

θέναι τῷ σώματι καὶ ὑγιαίνοντι καὶ νοσοῦντι νόσον ἁπλῆν, ὡς ἔμπροσθεν, εἴρηται καὶ μιγνύντας ἐλαίῳ γλυκεῖ, κατά τε τῶν ἰσχυρῶς ἐψυγμένων ἢ τεθερ(18)μασμένων σωμάτων ἐπιφέρειν, ἀνατρίβοντάς τε καὶ καταντλοῦντας καὶ καταβρέχοντας, εἴσω τε τοῦ σώματος λαμβάνειν ἢ ἄνωθεν διὰ τοῦ στόματος, ἢ κάτωθεν διὰ τῆς ἕδρας, εἶθ' ὁρᾷν τὸ γιγνόμενον ἐφ' ἑκάστῃ χρήσει. καὶ γὰρ δὴ καὶ τούτου χάριν ἐπισκεπτόμεθα τὴν δύναμιν πάντων τῶν φαρμάκων, ἵνα ἔχωμεν οἷς δεῖ χρῆσθαι, διακαιομένων ὑποχονδρίων καὶ κεφαλῆς, ἢ κατεψυγμένων, ἢ ἡλκωμένων, ἢ φλεγμαινόντων, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πασχόντων, αὐτῶν τε τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μελῶν τοῦ σώματος. εἶθ' οὕτως ἐναργῆ τε ἅμα καὶ σύντομον ὁδὸν ἔχοντες ἐφ' ἃ ζητοῦμεν, ἔτι χρόας ἐξετάσομεν, ἢ ὀσμὰς, ἢ συστάσεις, ἢ ψόφους ἑκάστου τῶν φαρμάκων ὅμοιόν τι δρῶντες, τοῖς ἐξ εἰκόνος ἤτοι πλαστῆς, ἢ γραπτῆς ἄνθρωπόν τινα διαγνῶναι βουλομένοις ἐνὸν, αὐτὸν θεάσασθαι τὸν γνωρισθησόμενον.

tum fimplici affecto morbo; ut fupra diximus; liceat imponere, atque oleo dulci mifcentes corporibus aut valenter refrigeratis, aut excalefactis applicare fivc fricando five perfundendo, ac irrigando tum in corpus quoque affumere idque aut fuperne per os aut inferne per fedem, ac fic tandem quid ad unumquenque ufum proveniat infpicere. Nam hoc fane nomine medicamentorum omnium vires contemplamur; ut fit quo uti oporteat hypochondriis aut capite ardore afflictis, aut refrigeratis aut exulceratis aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpeffis tum ipfis tum aliis omnibus corporis partibus. Ergo quum tam perfpicua fimul ac compendiofa adfit via ad ea quae inquirimus, etiamne colores aeftimabimus, aut odores, aut confiftentias; aut ftrepitus medicamenti cujusque? perinde factitantes atque ii qui ex imagine, aut ficta, aut picta cognofcere quempiam volunt, quum ipfum afpicere non denegetur, quem agnofcere cupiunt.

Ed. Chart. XIII. [32.] Ed. Baf. II. (18.)

Κεφ. γ'. Ταύτῃ τοίνυν ἁμαρτάνειν μοι δοκοῦσιν οὐ σμικρὰ, καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον ἐν οἷς ἀπέραντα καὶ ἀναπόδεικτα φλυαροῦσιν, ἀμαθεῖς ὑπάρχοντες ἀποδεικτικῆς μεθόδου. ὑποκείσθω γὰρ τὸ πῦρ, εἴτε ξανθὸν εἴτε ἐρυθρὸν, ἢ ὡς ἂν ἐθέλωσιν, οὐ γάρ μοι διαφέρει. τί οὖν τοῦτο πρὸς τὸ πᾶν ἐρυθρὸν θερμὸν εἶναι; πᾶν μὲν γὰρ πῦρ, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐρυθρὸν εἶναι λεκτέον ἐστίν. πᾶν δὲ τὸ ἐρυθρὸν πῦρ εἶναι φάναι καταγέλαστον, ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ πᾶν τὸ ἐρυθρὸν θερμὸν εἶναι λέγοι τις. εἰ μὲν ἐξ ἀρχῆς εἴληπτο κατὰ τὸν λόγον, ὡς πᾶν τὸ θερμὸν ἐρυθρόν ἐστιν, ἦν ἴσως διαστρέψαντα τὸ ἀξίωμα τὸ ἐρυθρὸν ἅπαν ἀποφῆναι θερμὸν ἁμαρτάνοντα μὲν κᾀν τούτῳ προφανῶς. οἱ γὰρ ἀντιστρέφοντες, οὐχ οἱ ἀναστρέφοντες ἀλλήλοις λόγοι συναληθεύονται, ἀλλ' ὅμως ἦν ἂν, οἶμαι, πλησίον ὁ παραλογισμός. ἐπεὶ δὲ οὐδ' αὐτὸ τοῦτο κατ' ἀρχὰς εἴληπται, λέγω δὴ τὸ πᾶν εἶναι τὸ θερμὸν ἐρυθρὸν, οὐδ' ἀναστρέψαντα δυνατὸν εἰπεῖν ἅπαν εἶναι τὸ ἐρυθρὸν θερμόν. τριχῶς οὖν ἁμαρτάνουσι κατὰ τὸν λόγον οἱ φάσκοντες τὰ ῥόδα θερμὰ τὴν κρᾶσιν ὑπάρχειν,

Cap. III. Atque hac utique parte non leviter peccare mihi videntur: multo etiam magis quum inconclufa atque indemonftrata nugantur, demonftrandi rationis plane imperiti. Nam dicamus ignem aut flavum aut rubrum effe aut utcunque voluerint, nec enim refert, quid ergo id facit ad hoc ut omne rubrum fit calidum? Nam omnem ignem verbi caufa rubere dicendum eft, at omne rubrum ignem dicere ridiculum eft, multoque etiam plus, fi omne rubrum calidum quis dixerit. Nam fi principio affumptum effet in oratione omne calidum effe rubrum, licuiffet fortaffis mutua axiomatis converfione rubrum omne calidum concludere, licet non obfcure et illic peccetur. Nam quae mutuo convertuntur, non quae fimpliciter convertuntur orationes, vere de fe mutuo dicuntur. Veruntamen propinquus is fuerit paralogismus. Atqui quoniam nec illud orationis initio affumptum erat; nempe omne calidum effe rubrum, haud licet mutua converfione omne rubrum calidum effe colligere. Tribus ergo modis in fermone peccant qui ajunt rofas tem-

ὅτι καὶ ἐρυθρά. πρῶτον μὲν ὅτι μὴ δείξαντες ὅτι πᾶν πῦρ ἐρυθρὸν ἀντιστρέφειν αὐτῷ, ὅτι πᾶν ἐρυθρὸν πῦρ πειρῶνται λόγον ἕτερον, ὡς ἀληθῆ· δεύτερον δ' ὅτι μὴ γινώσκουσι τοὺς ἀντιστρέφοντας, οὐ τοὺς ἀναστρέφοντας τοῖς ἀληθέσι λόγοις ἀληθεῖς εἶναι καὶ αὐτούς. καὶ τρίτον ὅτι κἂν ἀντιστρέφωσιν, οὐ τὸ πᾶν εἶναι τὸ τῇ χρόᾳ ἐρυθρὸν θερμὸν ἐκ τῆς ἀντιστροφῆς περανθήσεται, ἀλλὰ ἕτερον αὐτοῦ τι τοιοῦτον ἀξίωμα, τὸ ἐρυθρὸν ἅπαν πῦρ ἐστιν. ὅτι δ' οὐ μόνον ἄχρηστον εἰς τὰ παρόντα τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ προφανῶς [33] ψεῦδός ἐστιν, δῆλον παντί. δεόμεθα γὰρ οὐκ εἰ τὸ ἐρυθρὸν ἅπαν πῦρ ἐστιν, ἀλλ' ὅτι θερμὸν ἀποδειχθῆναι. ὡς εἴ γε πῦρ ἐστι πᾶν τὸ ἐρυθρὸν, ἔσται δηλονότι καὶ τὸ ῥόδον ἡμῖν πῦρ. ἀλλ' οἱ μὴ γινώσκοντες, οἶμαι, τὰς λογικὰς μεθόδους ἰατροὶ, πρῶτον μὲν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μέγιστα σφάλλονται, τῷ τοὺς οἰκείους ὅρους ὑπερβαίνειν. ἱκανὴ γὰρ ἡ πεῖρα μετὰ βραχέων ἐπιλογισμῶν ἐξευρίσκειν τὰς δυνάμεις τῶν φαρμάκων· εἶτα καὶ κατὰ τοὺς λόγους ἁμαρτάνουσιν ὅμοια τοῖς ἀρτιμαθέσι

peramento calidas, quod fint rubrae. Primum quod non demonftrata hac propofitione omnis ignis rubet convertere ex hac aliam, videlicet omne rubrum eft ignis, tanquam veram conantur. Secundo quod nefciunt propofitiones, quae mutuo cum veris convertuntur, non autem quae fimpliciter convertuntur effe veras. Tertio quod etiam fi mutuo converterentur, non tamen omne quod colore fit rubro calidum effe ex mutua illa converfione fequatur, fed aliud hujusmodi axioma rubrum omne effe ignem. Porro quod talia in rem praefentem non modo fint inutilia, fed etiam palam falfa, cuivis notum eft. Debemus enim non an omne rubrum fit ignis, fed quod omne rubrum calidum fit oftendere. Nam fi quicquid rubet, ignis fuerit; erit nimirum et rofa nobis ignis. Caeterum logicas methodos ignorantes, opinor, medici primum in hoc maxime peccant, quod propriis finibus excedant, nimirum quum fufficiens fit experientia, junctis faltem paucis quibusdam epilogismis medicaminum vires exquirere. Deinde tam foede in rationibus

λογικῆς θεωρίας παισί. τῆς δ' αὐτῆς πλημμελείας ἔχονται καὶ ὅσοι ταῖς ὀδμαῖς τεκμαίρονταί τι περὶ δυνάμεως φαρμάκων. οὐδὲ γὰρ ἅπαν εὐῶδες θερμὸν, ὡς λέγουσί τινες, ἀγνοοῦντες ὅπως ἀκούειν χρὴ τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου περὶ τούτων εἰρημένων, ἃ κατὰ τὸ τέταρτον τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἡμεῖς διοριοῦμεν, οὔθ' ἅπαν θερμὸν εὐῶδες, οὐ μὴν οὐδὲ δυσῶδες ἅπαν θερμὸν, οὐδ' εἴ τι θερμὸν ὑπάρχει, δυσῶδες. οὕτω κἂν εἰ τὸ δυσῶδες ἅπαν φαίη τις ψυχρὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν δυσῶδες, οὐκ ἀληθεύει. καὶ γὰρ καὶ τῶν θερμῶν μυρία τὰ μὲν εὐώδη, τὰ δὲ δυσώδη, τὰ δ' οὐδέτερα καὶ τῶν ψυχρῶν ὡσαύτως. καίτοι τί λέγω ψυχρὰ καὶ θερμὰ, δέον θερμαίνοντα καὶ ψύχοντα λέγειν ἡμᾶς, ἅπερ καὶ ζητοῦμεν. οὐ γὰρ δὴ τό γε ἁπλῶς θερμὸν ἢ τὸ πρὸς τοῦτο ἐξεταζόμενον ἐπισκέπτεσθαι πρόκειται νῦν, ἀλλὰ τὸ θερμαῖνον ἀνθρώπειον σῶμα. καὶ δὴ καὶ ψυχρὸν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅ τι περ ἂν ἄνθρωπον ψύχῃ. πάλιν οὖν ἐνταῦθα μὴ διελόμενοι τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνο-

hallucinantur quam pueri modo ſpeculationem logicam ingreſſi. Eisdem erroribus tenentur qui ex odoribus medicamentorum facultates conjiciunt. Nec enim quicquid bene olet calidum eſt, quod quidam dictitant haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat quae ab Ariſtotele et Theophraſto ſuper hac re ſunt prodita, ea quae nos in quarto harum commentationum definiemus, neque quicquid calidum eſt bene olet. Quin etiam neque ſi quid grave olens eſt, calidum etiam fuerit, neque ſi calidum, etiam grave olens. Sic nec ſi quis quicquid graviter oleat frigidum dicat, nec ſi quicquid frigidum ſit, graviter olere, verum dixerit. Siquidem calidorum innumera ſunt partim bene olentia, partim graviter olentia, partim neutra, ſimiliter quoque frigidorum. Quamquam quid calida dico ac frigida? quum debeam dicere calefacientia nos ac refrigerantia, quae utique etiam inquirimus. Nec enim quod abſolute calidum eſt, aut quod ad hoc expenditur, nunc conſiderare propoſitum eſt, ſed quod corpus humanum excalefaciat, nec ſane etiam quod abſolute frigidum; ſed quod hominem refrigeret. Denuo

μάτων σφάλλονται παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ὥσπερ εἰ καὶ περὶ χερσαίου τις κυνὸς διαλεγόμενος ἐπὶ τὸν θαλάττιον μεταβαίνοι τῷ λόγῳ, νομίζων ὥσπερ τοὔνομα τῶν ζώων ἀμφοτέρων ἕν ἐστιν, οὕτω καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν μίαν ὑπάρχειν. ἀλλ' ἡμῖν δέδεικται σαφῶς ἐν τοῖς περὶ κράσεως ὑπομνήμασιν, ἃ καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς ἡγεῖσθαι τῆσδε τῆς πραγματείας ἔφαμεν, ἄλλο μὲν εἶναι τὸ δυνάμει θερμὸν, ἄλλο δὲ τὸ ἐνεργείᾳ. καὶ τούτου τοῦ ἐνεργείᾳ θερμοῦ τὸ μὲν ἁπλῶς λέγεσθαι θερμὸν, τὸ δὲ κατ' ἐπικράτησιν, τὸ δὲ πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς, τὸ δὲ πρὸς ὁτιοῦν τὸ ἐπιτυχόν. καὶ δὴ καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐχ ἁπλῶς θερμὸν, ὥσπερ τὸ πῦρ, ἀλλ' ἐπικρατήσει θερμὸν ὑπάρχειν ἐλέγομεν. εἶναι γὰρ ἐν αὐτῷ πλείονα τοῦ θερμοῦ μοῖραν ἢ τοῦ ψυχροῦ. καὶ τοίνυν καὶ ὅσα πρὸς τούτων λέγεται θερμὰ δυνάμει, τῷ τοῦτον θερμαίνειν λεχθήσεται. καὶ ἡ κρίσις αὐτῶν ῥᾴστη τέ ἐστι καὶ διὰ τῆς ἐμπειρίας ἐξετασθήσεται, βραχέων, ὡς εἴρηται, καὶ πρόσθεν ἐπιλογισμῶν δεομένη. τούτους οὖν ὑπερβαίνοντες οἱ σοφισταὶ, τόν τε χρόνον

ergo hic hallucinantur in homonymia haud diſtinctis nominum ſignificatis, tanquam ſiquis de cane terreſtri differens ad marinum ſe oratione transferat, exiſtimans ut animantis utriusque nomen unum, ita et naturam quoque ipſorum unam eſſe. At nobis demonſtratum aperte eſt in commentariis de temperamentis, quos et hanc antecedere tractationem protinus initio commonefecimus, aliud eſſe facultate calidum, aliud actu: et hujus quod actu videlicet calidum eſt, aliud abſolute dici calidum, aliud per exuperantiam, aliud ad ſymmetrum ſui generis, aliud ad quidvis obvium collatum. Quin et hominem non abſolute calidum, ut ignem, ſed exuperantia calidum diximus, ſiquidem majorem in eo calidi portionem eſſe quam frigidi. Ergo et quaecunque ad hunc dicuntur calida poteſtate illum excalefacere dicuntur, facileque de illis initur judicium et per experientiam expenditur, paucis indigens ut ſupra commonui epilogismis. Quos quum ſophiſtae excedant et tempus adoleſcentulorum fru-

ἀναλίσκουσι τῶν μειρακίων καὶ σοφίσμασι παράγοντες ἀνθρώπους ἀγυμνάστους λύσεως σοφισμάτων ἀναπιμπλᾶσι ψευδῶν δογμάτων. ἐχρῆν γὰρ μήτε χρόας μνημονεύειν αὐτοὺς μήτ᾽ ὀδμῆς, ἀλλὰ μηδὲ συστάσεως, ἢ λειότητος, ἢ τραχύτητος, ἤ τινος ἑτέρου τοιούτου. τί γὰρ ὅτι γλίσχρον τοὔλαιον, ἢ ὅτι λεῖον, ἢ ὅτι στίλβον, ἢ ὑγρὸν, ἢ ὠχρὸν, ἢ λιπαρὸν, ἢ ὀλισθηρὸν, ἢ δυσξήραντον ἐπαλειφόμενον τοῖς σώμασιν; οὔτε γὰρ εἰ θερμὸν, οὔτε εἰ ψυχρὸν, οὔτ᾽ εἰ ξηρὸν, οὔτ᾽ εἰ ὑγρόν ἐστιν τὴν δύναμιν, ἐξ οὐδενὸς ἔνεστι τῶν τοιούτων συλλογίσασθαι. καὶ γὰρ τῶν γλίσχρων καὶ τῶν λείων καὶ τῶν στιλβόντων τὰ μὲν θερμαίνει φανερῶς ἡμᾶς, τὰ δὲ ψύχει, καὶ τὰ μὲν ξηραίνει, τὰ δὲ ὑγραίνει. καὶ καθ᾽ ἕκαστον τῶν συμβεβηκότων οὐκ ἐλαίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν πάγιον οὐδὲ διηνεκὲς, ὡς ἐπ᾽ αὐτῷ συστήσασθαί τινα καθόλου πρότασιν.

Κεφ. δ΄. [34] Ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὐδὲ ἐπιστημονικοῖς ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις λόγοις οἱ σοφισταὶ χρῶνται

ſtra terunt et ſophiſmatis cavillisque homines ſeducentes eorum ſolvendorum imperitos, falſis eos dogmatis opinionibusque implent. Debebant enim neque colores memorare neque odores, imo neque conſiſtentiam neque laevitatem aut aſperitatem, aut ejus generis quodcunque. Nam quid refert oleum an lentum ſit aut laeve aut ſplendens aut liquidum aut pallidum aut pingue aut lubricum, aegreque corporibus illitum exiccare poſſit? quippe quum ex nullo omnium ejusmodi colligere poſſis ipſum eſſe facultate aut calidum aut frigidum aut humidum aut ſiccum. Siquidem ex genere ſplendentium, laeviumque et lentorum partim ſunt quae plane nos calefaciant, partim quae refrigerent, tum alia quae exiccent, alia item quae humectent. Et eorum omnium quae accidunt non oleo ſolum, ſed aliis omnibus nullum eſt reperire quod ſolidum perpetuumque ſit, ut in eo generalem conſtituere propoſitionem liceat.

Cap. IV. Nam omitto, quod nec ſcientificis in omnibus id genus ſint uſi rationibus ſophiſtae ad invenienda

πρὸς τὴν τῶν λημμάτων εὕρεσιν, ἀλλ' ἐξ ἐπαγωγῆς, καὶ τὸ χεῖρον ἁπάντων, ὅτι μηδ' ἐπισκεψάμενοί ποτε περὶ φύσεως ἐπαγωγῆς, μηδ' ἄν τις αὐτοὺς εἰς τοῦτο προκαλῆται, τολμῶντες ἀκολουθεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπὲρ ἀποδείξεώς τι πραγματευομένοις ἐπιτιμῶντες. ἔτι δὲ χεῖρον ὅτι μηδ' ἐξ ἐπαγωγῆς μόνον, ἀλλ' ἐκ παραδειγμάτων ἐνίοτε συλλογίζονται, καθάπερ οἱ ῥήτορες. ὅ τε γὰρ φάσκων ψυχρὸν εἶναι τοὔλαιον, ὅτι καὶ γλίσχρον, ὥσπερ καὶ τὸ φλέγμα, διὰ παραδείγματος συλλογίζεται, τὴν ἴσην ἰσχὺν τῆς ἀποδείξεως παρέχων ὁμοίως τῷ λέγοντι θερμὸν ὑπάρχειν αὐτὸ, διότι γλίσχρον ἐστὶν, ὡς ὁ ἰξός· ὅ τε φάσκων θερμὸν εἶναι, ὅτι ῥᾳδίως ἐκφλογοῦται καθάπερ ἄσφαλτος, τῷ λέγοντι ψυχρὸν εἶναι, διότι ῥᾳδίως πήγνυται, καθάπερ ὕδωρ. τὸ γὰρ ἐκ παραδείγματος ἢ ἐκ παραδειγμάτων πιστοῦσθαί τι διαφέρει τοῦ δι' ἐπαγωγῆς πιστουμένου τῷ τὸν μὲν ἐκ παραδειγμάτων πιστούμενον ἓν μὲν ἢ δύο τῶν ὁμογενῶν (19) λέγειν, ἢ πάντως γε ὀλίγα τὰ πλείω παραλείποντα, τὸν δ' ἐξ ἐπαγωγῆς ἅπαντα περιλαμβάνειν πειρᾶσθαι τὰ διὰ τῆς ἐμπειρίας ἐγνωσμένα, καὶ

lemmata, fed ex inductione et quod omnium peffimum eft, quod nec quae fit inductionis natura unquam infpexerint. Quod fiquis eos in id provocet neque fequi audent, et fi de demonftratione quis quid agat, increpant. Imo quod etiam deterius eft, non ex inductione folum ratiocinari affueverunt, fed nonnunquam etiam ab exemplis tanquam rhetores. Nam qui frigidum effe oleum afferit, proinde quod lentum fit ut pituita, is per exemplum concludit par robur praebens demonftrationis atque is qui ipfum calidum contendit, quia lentum fit ut vifcum. Nec fecus is qui calidum dicit, quoniam facile in flammam vertatur uti bitumen, atque is qui frigidum probat, quod facile cogatur ac concrefcat, ut aqua. Nam differt ex exemplo aut exemplis quid fuadeas an ex inductione. Siquidem qui ex exemplis fidem facit, unum aut duo generis ejusdem affert aut certe plane paucula, plerisque fcilicet praeteritis, qui vero ex inductione, omnia comprehendere nititur quae per experien-

μηδὲν ὡς οἷόν τε παραλιπεῖν ὃ πρόφανές τε καὶ δῆλον τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ ἀποκεκρυμμένον τε καὶ ὀλίγοις γνωστόν. ὅθεν καὶ βίαιός ἐστιν καὶ πείθει σφοδρῶς· ἡ διὰ πάντων τῶν ἐξ ἐμπειρίας γινωσκομένων ἐπαγωγὴ καὶ μόνοις αὐτοῖς ἡ ἀλαζονεία κατάφωρος γίνεται τοῖς γεγυμνασμένοις ἐν ἀποδεικτικαῖς μεθόδοις. καὶ διὰ τοῦθ' ἡμεῖς ἐπιπλέον ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀποδείξεως ὑπομνήμασιν διήλθομεν. ἴσως δ' ἂν ποτε καὶ κατὰ μόνας ἓν ὑπὲρ αὐτῆς ἰδίᾳ συνθείημεν γράμμα.

Κεφ. ε'. Φανεῖται δὲ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον ἡ φύσις αὐτῆς τε τῆς ἐπαγωγῆς καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἡ τοῦ παραδείγματος. ἅπαντα γὰρ ἐπελθεῖν ἔγνωκα διὰ κεφαλαίων ὅσα τοῖς ἰατροῖς εἴρηται περὶ δυνάμεως ἐλαίου, πιθανῶς μὲν τῷ δοκεῖν, οὐ μὴν ἀληθῶς γε. καὶ πρῶτον τὸ ὑπὸ Διοκλέους ἐν Ἀρχιδάμῳ λελεγμένον, ὡς σκληρύνεσθαι καὶ ἐπικαίεσθαι τὸ δέρμα τοῖς ἐν ἐλαίῳ τριβομένοις, ὑπελάμβανεν ὁ Ἀρχίδαμος καὶ διὰ τοῦτο τὴν ξηροτριβίαν προὔκρινε. συνεκπυροῦσθαί τε γάρ, φησί, καὶ ἐπικαίειν τὸ ἔλαιον ὑπὸ τῆς τρίψεως θερ-

nullus ad manum fuerit, ceram miscemus mordacitatis expertem, voco autem sic eam quae lota est: aut certe oleum ipsum quod effectum est candidum infundimus: nam id cerae mordacitatis experti proportionale est. Temeraria itaque pronunciatio est atque indefinita tum eorum qui oleum omni tempore mordicans astruunt tum eorum qui leniens; nam quod salem accepit mordax est, quod autem eo caret et dulce est, quod quidem ex se est lenire potest: nam videri possit et ipsum quandoque pro affectibus quibus applicatur, haud etiam esse ejusmodi. Unumquodque enim temperantium medicamentorum, ubi valentius evasit humoribus mordicantibus, morsum eorum retundit; verum si aut valentioribus facultatibus, aut multis paucum mixtum fuerit, una et ipsum corrumpitur alitque cacochymiam. Quamobrem protinus evacuandi sunt qui ab iis quae temperandi naturam habent irritantur, utpote qui multa nec facile mobili corruptione sint repleti.

Κεφ. ιγ'. Οὕτως οὖν καὶ τὸ γάλα πολλάκις ἅμα τῷ προσενεχθῆναι τοῖς μὲν ὀξύνεται, τοῖς δὲ κνισοῦται, πρὶν καλῶς πεφθὲν ἐπικεράσαι τὴν διαφθοράν. καὶ χρὴ τούτων πρότερον ἐκκενώσαντας τὸ πολὺ τῆς κακοχυμίας οὕτω προσφέρειν καὶ χόνδρον καὶ πτισάνην καὶ γάλα καὶ τἄλλα ὅσα καλῶς πεφθέντα πρὸς εὐχυμίαν συντελεῖ, μὴ μέντοι μήτε τὰς χείρους μήτε τὰς ἐναντίας ἔχειν δυνάμεις ὅσον ἐπὶ τούτῳ νομίζειν ἅπαντα μήτε παραλιπεῖν ἐν τοῖς λόγοις ἑκόντα τῶν γιγνομένων θάτερα, καθάπερ Ἀρχίδαμος ἐπ' ἐλαίου τῶν μὲν δακνομένων ὀφθαλμῶν ἐμνημόνευσεν καὶ τῆς κερχνώδους φάρυγγος καὶ τῆς ξυομένης γαστρὸς, ὅτι δὲ πολλάκις καὶ στόμαχον ἰσχυρῶς δακνόμενον ἔλαιον γλυκὺ ποθὲν ἰάσατο παραχρῆμα καὶ τὰς καθ' ὅλην τὴν γαστέρα δήξεις ἐνιθὲν ἐπράϋνε καὶ τὰς ἀπὸ θαψίας τε καὶ ἀκαλήφης καὶ σκίλλης κατὰ τὸ δέρμα γιγνομένας ἐπαλειφθὲν ἔπαυσεν, οὐκ ἔτ' ἐμνημόνευσεν. ἐγὼ δ' οὐκ ἀμφισβητῶ μὲν οὐδ' αὐτὸς, οὐδ' ἀπιστῶ τοῖς φάσκουσιν ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς οὖσι πολλὰς καὶ διαφερούσας περιέχεσθαι δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ δείξειν

Cap. XIII. Sic fane lac frequenter fimulatque fumptum fuerit, aliis acefcit aliis in nidorem vertitur, prius quam probe concoctum corruptionem temperet. In quibus utique primum maxima cacochymiae pars evacuari debet, atque inde fumendus chondrus et ptifana et lac et alia quae ubi probe fuerint cocta conferunt ad euchymiam. Non tamen quod ad hoc attinet, omnia exiftimare oportet aut deteriores aut contrarias in fefe obtinere facultates, neque in fermone fcientem eorum quae eveniunt partem alteram omittere, id quod fecit Archidamus in oleo. Si quidem memorabat oculos ab eo mordicari, guttur ad tuffim excitari et ventrem radi, caeterum quod ftomachum faepe quum valenter morderetur, oleum protinus dulciffimum epotum fanavit et injectum totius ventris mordicationes leniit et a thapfia, urtica et fcilla in cute excitatas inunctum fedavit: eorum mentionem non fecit. Ego vero non ambigo, neque fidem non habeo iis qui ajunt rebus propemodum omnibus multas ac diverfas ineffe facultates, quin oftenfurum me id

ἐπαγγέλλομαι τοῦτο κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον. οὐ μὴν τούτου γε ἕνεκα καὶ τὴν ἐν ἑκάστῳ κρατοῦσαν ἄγνωστον εἶναί φημι. διοριζομένῳ δέ σοι τὸ καθ' αὑτὸ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ἐπιγνωσθήσεται σαφῶς ἅπαντα. θέασαι γὰρ ὡδί πως ἑκάτερον ἐπὶ παραδειγμάτων, ὑπόδειγμα θέμενος ἐν τῷ λόγῳ δύο τινὰς ἀνθρώπους δακνομένους μὲν ὁμοίως τὸ τῆς γαστρὸς στόμα, προσφερομένους δὲ χυλὸν πτισάνης ἢ χόνδρον ἢ ἄρτον πλυτὸν, εἶτα τῷ μὲν ἑτέρῳ παυομένην τὴν δῆξιν, αὐξανομένην δὲ θατέρῳ, πότερον οὖν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ δακνώδης ἐστὶν ὁ χυλὸς τῆς πτισάνης, ἢ ὁ χόνδρος, ἢ ὁ ἄρτος, κατὰ δέ τι συμβεβηκὸς ἐπὶ θατέρου τῶν ἀνθρώπων οὐχ ὅπως ηὔξησεν, ἀλλὰ παρηγόρησεν τὴν δῆξιν; ἢ παρηγόρησεν μὲν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, κατὰ δέ τι συμβεβηκὸς ἐπὶ θατέρου παρώξυνεν; ἐγὼ μὲν ἐπικεραστικὸν ὑπάρχοντα κατά γε τὴν ἑαυτοῦ φύσιν φημὶ τὸν χυλὸν τῆς πτισάνης, ἢ τὸν χόνδρον, ἢ τὸν ἄρτον, ἢ νὴ Δία τὸ γάλα, παροξύνεσθαι δὲ θατέρῳ τῶν ἀνθρώπων τὴν δῆξιν, τῷ φθάσαι νικηθῆναι πρὸς τῆς διαφθορᾶς. οὕτω δὲ καὶ τοὺς

ipſum polliceor in libro ſequenti. Attamen non proinde aſtruo, eam quae in quoque exuperat non poſſe cognoſci, verum ſi quod ex accidente eſt, ab eo quod per ſeſe diſtinxeris omnia clare cognoſces. Contemplator enim utrumque in exemplis, propoſitis videlicet exempli cauſa duobus hominibus, quibus ſimiliter os ventris mordicetur et qui pariter aut ſuccum ptiſanae, aut chondrum, aut panem lotum ſumpſerint, deinde alteri mordicationem reſtinctam, alteri vero inauctam ponito, obſecro, nunquid ſuccus ptiſanae aut chondrus aut panis ex ſe mordax eſt, per accidens autem in altero hominum morſum non modo non inauxit, ſed mitigavit, an quantum ex ſe quidem erat mitigavit, per accidens vero in altero irritavit? Ego ſane ex ſua natura epicceraſticum eſſe dico ſuccum ptiſanae et chondrum et panem et per Jovem lac quoque, caeterum in altero homine morſum auxiſſe, quod properaſſet a corruptione ſuperari. Atque ea utique eſt, certo ſcio, veterum prope omnium ſenten-

παλαιοὺς ἰατροὺς σχεδὸν ἅπαντας οἶδα γινώσκοντας, ὥσπερ γε καὶ τῶν νεωτέρων τοὺς ἀρίστους, εἴη δ' ἄν τις ἴσως ἐμὲ λανθάνων. οὐδὲν γὰρ ἀτόλμητόν ἐστιν ἐνίοις τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ὡς ἀποφῆναι τῇ μὲν αὐτοῦ φύσει τὰς διαφθορὰς αὐξάνειν τὸν χόνδρον, ἢ τὸν ἄρτον, ἢ τὴν πτισάνην, ἐπ' ἐνίων μέντοι κατά τι συμβεβηκὸς πραΰνειν. ἀλλ' ὁ μὲν ταῦτα λέγων οὐδεμίαν ἀπόδειξιν εἰπεῖν ἔχει τῆς ἀποφάσεως. ἡμεῖς δὲ λέγομεν ὡς εἴπερ ἡ πτισάνη φύσει κακόχυμος ἦν, οὔποτ' ἂν ἐπράϋνε δήξεις. [42] ἀλλὰ μὴν ὁρᾶται καὶ ἄνωθεν λαμβανομένη καὶ διὰ τῆς ἕδρας ἐνιεμένη πραΰνουσα πολλάκις, ᾧ δῆλον ὅτι κατὰ μὲν] τὴν ἑαυτῆς φύσιν εὔχυμός ἐστιν. συνδιαφθειρομένη δ' ἐνίοτε τοῖς τὰς δήξεις ἐργαζομένοις χυμοῖς αὐξάνει τὸ σύμπτωμα.

Κεφ. ιδ'. Τάχ' οὖν ἔροιτό τις ἡμᾶς εἰ μηδὲν τῶν κακοχύμων ἰάσατό ποτε δῆξιν; ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οἶδα οὐκ ὀλιγάκις γιγνόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐπικεραννύντα φημὶ, ἀλλὰ τὸ δάκνον ἅμ' ἑαυτοῖς συνεξάγοντα τὰ τοιαῦτα τῶν φαρμάκων ἰᾶσθαι τὰς δήξεις. καὶ διὰ τοῦτο παραχρῆμά τε καὶ μέχρι

tia, fed et recentiorum optimi quique ita fapiunt. Verum fi quis fuerit quem ego nefciam, nec enim quicquam eft quod non audeant juniorum medicorum quidam, qui contendat ex fua natura corruptiones augere chondrum, panem aut ptifanam, caeterum in quibusdam ex accidente nimirum mitigare, is, inquam, qui talia jactabit nullam affertionis fuae demonftrationem afferre poterit. At nos dicimus quod fi ptifana natura foret mali fucci, haud unquam mordicationem mitigaret. Atqui confpicitur frequenter tum fuperne fumpta tum per fedem injecta mitigare, ex quo patet per fuam quidem naturam boni effe fucci, verum interdum una cum iis fuccis qui mordicationes excitant corrumpi et ipfum augere fymptoma.

Cap. XIV. Forte igitur nos roget quispiam an ullum unquam eorum, quae mali fucci, mordicationem curaverit? Equidem id non raro factum cognovi, verum ea dico non temperando, verum id quod mordicabat una fecum educendo, mordicationes fanaffe. Ac proinde et ftatim

περ ἂν ἐκκενωθῇ δάκνειν τε τὸν ἄνθρωπον ἀπολιπεῖν τέ τινα τραχεῖαν αἴσθησιν ἐν τοῖς μέρεσιν, ἑτέρου φαρμάκου δεομένην, οὐ μὴν τά τε εὔχυμα καὶ γλυκύχυμα. καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ παραχρῆμα πραΰνει καὶ χωρὶς τοῦ κένωσιν ἐργάζεσθαι, καὶ τραχεῖαν οὐδεμίαν αἴσθησιν ἐπάγει, τοὐναντίον δ' ἅπαν αὐτὰ τῶν τραχειῶν ἐστιν αἰσθήσεων ἰατικά. τὸν γοῦν χόνδρον καὶ τὸ γάλα καὶ τὴν πτισάνην ἐπὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἐσθίειν τε δίδομεν ἐνίεμέν τε διὰ τῆς ἕδρας, ἐπειδὰν ἤτοι διὰ μέλιτος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων ἀποῤῥύψωμεν τὸ λυποῦν. ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ καὶ στέαρ ἡμῖν γίγνεται χρήσιμον καὶ κηρωτὴ γλυκεῖα καὶ ἔλαιον γλυκύ. λέγειν δέ με νόμιζε καὶ νῦν καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον ἅπαντα γλυκέα καὶ χωρὶς ἁλῶν σκευαζόμενα καὶ τὰ πεπλυμμένα. τέσσαρσι τοίνυν γνωρίσμασιν ἔχων διορίσασθαι τὸ καθ' ἑαυτὸ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς πραϋντικοῦ, ῥᾳδίως ἐξευρήσεις ἑκάστου τῶν τοιούτων φαρμάκων τὴν δύναμιν. ἔστι δὲ τὰ τέσσαρα γνωρίσματα ταῦτα. πρῶτον μὲν τὸ παραχρῆμα πραΰνειν, ἢ μή, καὶ δεύτερον τὸ συνεκκενοῦσθαι τὰ λυποῦντα, ἢ μή, καὶ

et usque dum evacuentur hominem mordicare et insuper evacuata asperum relinquere sensum in partibus aliud medicamen requirentem. Quod non faciunt quae boni sunt succi et dulcis, etenim et protinus mitigant et praeterquam quod evacuationem non faciunt, etiam sensum asperum nullum inducunt, quin potius ipsa contra sensuum medentur asperitati. Itaque chondrum, lac, ptisanam in ejusmodi affectibus et edenda praebemus et per sedem injicimus, ubi videlicet melle aut quopiam ejusmodi, quod infestabat, exterserimus, quo tempore opportunus est et adeps et ceratum dulce et oleum dulce. Porro et in praesenti et in sequenti deinceps sermone omnia me dulcia dicere existimato, tum ea quae salem non sunt experta tum ea quae sunt elota. Quatuor itaque indiciis quum possis quod per se lenit distinguere ab eo quod per accidens, facile cujusque talium medicamentorum facultatem invenies. Primum indicium est, an statim mitiget an non. Secundum, an simul

Ed. Chart. XIII. [42.] Ed. Bas. II. (22.)

τρίτον τὸ καταλιπεῖν τινα τραχύτητα περὶ τοῖς σώμασιν, ἢ μὴ, καὶ τέταρτον, εἰ μὴ τοῖς οὕτως ἔχουσι χρηστὸν φαίνοιτο. τὸ μὲν γὰρ μήτε ἐν τῷ παραχρῆμα πραΰνειν τὰς δήξεις, ἀλλὰ μετὰ πλείονός γε σφοδρότητος ἐκκρινόμενον μήτε μένειν ἔνδον ἰώμενον, ἀπολεῖπόν τέ τινα περὶ τοῖς σώμασιν ἀνιαρὰν τραχύτητα, παροξῦνόν τε ταύτην εἰ προσαχθείη δεύτερον, ἀναβρωτικὸν μέν ἐστιν καὶ δακνῶδες τῇ φύσει, κατὰ συμβεβηκὸς δέ ποτε δήξεις ἰᾶται, τὸ δὲ κἀν τῷ παραχρῆμα πραϋντικὸν ἔκκρισίν τε μηδεμίαν ἐρεθίζον, ἀλλὰ μηδὲ τραχῦνον ἐν τῷ μένειν, ἴαμά τε τῶν τετραχυμένων γιγνόμενον αὐτὸ μὲν φύσει χρηστόν ἐστι, δακνῶδες δ' ὑπὸ τῆς ἀλλοιούσης αὐτὸ καὶ διαφθειρούσης κακοχυμίας ἔστιν ὅτε γίγνεται. ταῦτ' εἴρηταί μοι καὶ ἅμα τε τὸν καιρὸν ἢ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως ἑκατέρου τοῦ γένους τῶν φαρμάκων ἅμα τε τὴν τῆς δυνάμεως εὕρεσιν ὁ λόγος ἐδίδαξεν, ἀπέδειξέ τε καὶ πτισάνης χυλὸν καὶ χόνδρον καὶ τράγον καὶ γάλα καὶ ἄρτον πλυτὸν ἐκ τῶν εὐχύμων ὑπάρχοντα, καὶ μὲν δὴ καὶ πιμελὴν καὶ στέαρ, ἔλαιόν τε γλυκὺ

vacuet molestantia an non. Tertium, an asperitatem quandam in corporibus relinquat an non. Et quartum an ita affectis utile et commodum videatur nec ne. Nam quum nec protinus mordicationem sanat, verum majore cum vehementia excernitur, neque intus medendo remanet et molestam corporibus asperitatem relinquit, quam si denuo offeratur exasperat, argumentum est rodentis ac mordicantis esse naturae, caeterum ex accidente quandoque morsus sanare. At quod et continuo mitigat et nullam excretionem provocat, sed nec exasperat dum intus manet, imo exasperatorum medela existit, ipsum quidem natura bonum est, verum interdum a cacochymia, quae ipsum alterat corrumpitque, mordax efficitur. Atque haec ita a me dicta sunt, ut simul utriusque medicamentorum generis et tempus et utendi modum, simulque facultatis inveniendae rationem docuerit oratio: demonstraveritque et ptisanae succum et chondrum et tragum et lac et panem elotum ex genere esse euchymorum, quin et pinguedinem et adipem et oleum dulce

καὶ κηρὸν γλυκὺν, ἐκ τῆς τῶν παρηγορικῶν ὄντα φύσεως· εἴη δ' ἂν καὶ γλυκὺς κηρὸς ὁ τῇ φύσει τοιοῦτος, ὡς ἔνιοί γε πικροὶ γευομένοις εἰσὶ, καὶ ὁ πρὸς τῷ τοιοῦτος εἶναι καὶ πεπλυμμένος ἐν ὕδατι χρηστῷ.

Κεφ. ιε'. [43] Χρὴ δὲ πλύνειν οὐ κηρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ πίτταν καὶ ῥητίνην, ἔλαιόν τε καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἄλλο τοιοῦτον τὸ μὴ κεραννύμενον ὕδατι προθερμαίνοντας συμμέτρως, εἶτα καταῤῥοντας εἰς ἀγγεῖον πλατὺ καὶ μέγα, πλῆθος ὕδατος ἔχον ἐν ἑαυτῷ καθαρωτάτου τε ἅμα καὶ ἀποιοτάτου. τούτῳ γὰρ ἐναποτίθεται τὸ πλυνόμενον ὅ τί περ ἂν εἴη τὴν ἑαυτοῦ δριμύτητα. χρὴ δὲ καὶ ἀνατρίβειν αὐτὸ καὶ κόπτειν καὶ θλᾷν καὶ μαλάττειν ταῖς χερσὶν ἱκανῶς, ἵνα πᾶν μόριον ὁμιλήσῃ τοῦ πλυνομένου φαρμάκου τῷ ὕδατι, καὶ τοῦτο ποιήσαντας ἀποχεῖν (23) μὲν τὸ πρότερον ὕδωρ, αὖθις δὲ θερμαίνοντας τὸ πλυνόμενον εἰς ἕτερον ὕδωρ ἐμβάλλειν ὁμοίως καθαρὸν, ἀνακόπτειν δὲ χρὴ μέχρι πλείστου πάλιν, ἄχρις ἂν ἐναπόθηται τῷ ὕδατι τὴν ἑαυτοῦ ποιότητα. πάρεστι δέ σοι τοῦτο καὶ γευομένῳ διαγινώσκειν, εἶτα καὶ τρίτον καὶ

et ceram dulcem ex mitigantium esse natura. Fuerit autem cera dulcis, quae et natura est talis, nam quaedam gustantibus amarae sunt, et quae praeterquam quod est talis in aqua bona elota est.

Cap. XV. Lavanda porro est non tantummodo cera, sed et pix et resina et oleum et quicquid aliud aquae non miscetur. Primumque modice concalefactum, mox in vas lati oris ac magnum, cuique insit aquae copia purissimae simul et omnis qualitatis maxime expertis infundito: nam in ea quicquid sit id quod abluitur acrimoniam suam exuit. Deinde conterito, tundito, frangito, manibusque impense subigito, ut unaquaeque videlicet abluendi medicamenti particula aquam possit contingere. Denique effusa priore aqua rursum quod lavatur excalefaciens in aliam aquam aeque sinceram injicito, rursumque diutissime contundito, donec qualitatem suam in aquam deponat, id autem gustanti datur cognoscere, mox vero et tertio et quarto

τέταρτον καὶ πολλάκις ἐφεξῆς τοῦτο ποιεῖν, ἄχρι περ ἂν μηκέτι μηδεμίαν ἐκ τοῦ πλυνομένου φαρμάκου ποιότητα δέχηται τὸ ὕδωρ. οὕτω μὲν οὖν ἅπαντα τὰ θερμαίνεσθαί τε καὶ χεῖσθαι δυνάμενα πλύνειν. εἰ δέ τι λιθῶδες εἴη καὶ σκληρὸν, ὡς ἡ καδμεία καὶ ἡ τοῦ χαλκοῦ λεπὶς, ὅ τε κεκαυμένος χαλκὸς, ἀκριβῶς ἐκεῖνα καταθραύσαντας εἰς λεπτὰ τρίβειν ἐπιπλεῖστον ἐν ὕδατι πηγαίῳ τε καὶ καθαρωτάτῳ, πολλάκις ἀποχέοντας τὸ πρότερον, ἔστ' ἂν μήτ' ἐφίστηται μηδὲν, εἰ κατασταίη τὸ ὕδωρ, ἄποιόν τε τοῦ τριβομένου φαρμάκου γίγνηται, μέχρι δ' ἂν ἤτοι τῆς ποιότητος αὐτοῦ τι φαίνοιτο γευομένοις, ἢ ἐφίσταταί τι μέχρι τοσοῦδε καὶ τρίβειν καὶ ἀποχεῖν. ἂν γὰρ οὕτω πλύνῃ τις ὁτιοῦν τῶν πλυθῆναι δυναμένων, ἄδηκτον γίγνεται. καὶ δὴ καὶ τοὔλαιον οὐκ ἄδηκτον μόνον, ἀλλὰ καὶ λευκότερον ἐν τῷδε φαίνεται γιγνόμενον. χρὴ δὲ μὴ ἀνακόπτειν ὁμοίως αὐτὸ πίττῃ καὶ κηρῷ καὶ ῥητίνῃ σφοδρῶς, ἵνα μὴ δύσλυτος ἡ πρὸς τὸ ὕδωρ αὐτοῦ γένηται μίξις, ἀλλ' ἐασάντων ἀτρεμῆσαι ῥᾳδίως λαβεῖν ἐποχούμενον. εἰσὶ καὶ ἕτεροι τρόποι λευκάνσεως ἐλαίου παρὰ τοῖς τά τε

et saepius deinceps idem faciendum, donec aqua nullam etiam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Atque hunc in modum omnia quae excalefieri et fundi sustinent lavabis. At si qua sint lapidosa et dura velut cadmia et aeris squama et aes ustum, ea exacte in tenuia comminuentem plurimum in aqua terere fontali purissimaque oportet, subinde priore effusa, quoad nihil in aqua innatet, maneatque aqua prorsum a contriti medicamenti qualitate immunis. Nam quamdiu aut qualitatis ejus quippiam in gustu appareat, aut aliquid innatet, tamdiu terendum atque effundendum est: nam si hoc pacto quidvis eorum quae lavari possunt, abluas, mordacitatis expers evadet. Et sane oleum non tantum mordacitatem exuit, sed etiam candidius interea efficitur. Oportet vero ipsum non perinde vehementer verberare ut picem aut ceram aut resinam, ne videlicet adeo aquae misceatur, ut aegre postea separari possit, sed ita ut ubi quiescere paulisper siveris, facile possis innatans detrahere. Sunt et alii modi quibus oleum efficere possis

τῶν σκευασιῶν βιβλία γεγραφόσι· καὶ τὰ περὶ τῆς ὕλης, ὥσπερ καὶ τὰ παρὰ τῷ Διοσκουρίδῃ κατὰ τὸ πρῶτον. ἀλλ' ἐκείνων μὲν οἱ πλείους ἐκδαπανῶντες τὸ ὑδατῶδες καὶ τὸ πυῤῥὸν τοῦ ἐλαίου τὸ ὑπόλοιπον ἀποφαίνουσι λευκὸν, ὁ δὲ διὰ τῆς πλύσεως οἷον ἀποῤῥύπτων αὐτὸ καὶ ἀπομάττων.

Κεφ. ιστ'. Περὶ μὲν δὴ τῆς τῶν πλυτῶν φαρμάκων καὶ λευκαινομένων διαθέσεως καὶ αὖθις εἰρήσεται. ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἐπάνειμι. ἔλαιον εἰ μήτε τὸ καλούμενον ὀμφάκινον εἴη, στυπτικὸν γὰρ τοῦτό γε, μήτε μεθ' ἁλῶν ἐσκευασμένον, ἀλλὰ μηδὲ πρόσφατόν τε καὶ οἷον ζέον ἔτι καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἐπιμελῶς εἴη πεπλυμμένον, οὔτε πινόμενον οὔτε ἐνιέμενον ἐργάσεται δῆξιν. εἰ δὲ κερχνῶδές ἐστι τῆς φάρυγγος, οὐδὲν ἂν εἴη τοῦτό γε πρὸς τὸ δακνῶδες ὑπάρχειν αὐτό. πᾶν μὲν γὰρ τὸ δάκνον καὶ δριμὺ καὶ κερχνῶδες, οὐ μὴν ἅπαν τὸ κερχνῶδες δάκνον καὶ δριμύ. μόνως γὰρ οὕτως [44] ἂν ἀπεδείχθη τοὔλαιον δακνῶδες, εἰ πᾶν τὸ κερχνῶδες ὡμολόγητο δακνῶδες ὑπάρχειν. ἥκει τοίνυν πάλιν ἐνταῦθα

candidum, quos fcriptos invenies apud eos qui praeparationum libros confcripfere et qui de materia prodidere, ut et apud Diofcoridem in primo. Verum plerique eorum confumentes quod in oleo aqueum ac rufum eft, reliquum candidum efficiunt. At hic abluendo, veluti ipfum abftergendo ac detergendo, candidum efficit.

Cap. XVI. De medicamentorum quae lavari candidaque effici folent difpofitione rurfus etiam dicetur. Nunc ad propofitum revertor. Oleum quod non fit omphacinum vocatum, id enim aftringit, neque cum fale praeparatum neque recens ac velut etiamnum fervens, ad haec omnia accurate lotum, id neque epotum neque infufum morfum efficiet. Quod fi guttur ad tuffim provocet, non idcirco mordax dicendum erit. Nam quicquid mordax eft et acre, tuffim etiam provocat, non tamen quicquid tuffim provocat, mordax eft et acre. Hoc enim duntaxat pacto mordax effe oleum oftenfum eft, fi quicquid tuffim movet mordax effe conceffum fuerit. Occurrit itaque denuo hic error non levis,

Ed. Chart. XIII. [44.] Ed. Baſ. II. (23.)

τὸ παρὰ τὴν ἀναστροφὴν τοῦ συνημμένου, σφάλματος μικρὸν τοῦτο καὶ φαῦλον. ἅπαν μὲν γὰρ ὡμολόγηται τὸ δάκνον εἶναι κερχνῶδες. ὡμολόγηται δὲ καὶ τοὔλαιον ὑπάρχειν κερχνῶδες. ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ὑποκειμένων τούτων οὐ περαίνεται δακνῶδες εἶναι τοὔλαιον, οὔτε κατηγορικὰς οὔτε ὑποθετικὰς ἡμῶν ποιησάντων τὰς προτάσεις, τῷ μήτ᾽ ἐκ δύο καθόλου καταφατικῶν ἐν δευτέρῳ σχήματι περαίνεσθαί τι μήτε τὸ συνημμένον ἐξ ἀνάγκης ἀληθεύεσθαι. γενήσονται δ᾽ ἐν μὲν τῷ κατηγορικῷ συλλογισμῷ δύο προτάσεις αἵδε· πᾶν τὸ δάκνον κερχνῶδες, πᾶν ἔλαιον κερχνῶδες, ἐξ ὧν ὁμολογηθέντων οὐδὲν περανθήσεται. τὴν δ᾽ ὑποθετικὴν πρότασιν, ἣν οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον ἀξίωμα συνημμένον ὀνομάζουσιν, οὐκ ἔχομεν ἀληθῆ λαβεῖν οὔτ᾽ ἐξ αἰσθήσεως οὔτ᾽ ἐξ ἀκολουθίας λογικῆς. οὐ μὲν γὰρ ἢ δι᾽ αἰσθήσεως, ἢ ἀπ᾽ αἰσθήσεως, ἢ ὅπως ἂν τις ὀνομάζειν ἐθελήσει, τὰ τοιαῦτα τῶν ἀξιωμάτων εἴληπται, πᾶν τὸ δακνῶδες καὶ κερχνῶδές ἐστι, καὶ εἴ τι δακνῶδες, τοῦτο καὶ κερχνῶδές ἐστιν, οὔτ᾽ εἰ πᾶν τὸ δακνῶδες καὶ κερχνῶδές ἐστιν, ἤδη καὶ τὸ κερ-

ſed pernicioſus in concluſi converſione commiſſus. Conceſſum enim eſt omne mordax tuſſim movere, et conceſſum eſt oleum omne tuſſim movere, verum his ſuppoſitis non conficitur oleum eſſe mordax, neque ſi categoricas neque ſi hypotheticas efficiamus propoſitiones, quod ſcilicet ex duabus univerſalibus affirmativis nihil concludi in ſecunda figura poſſit, neque concluſio ex neceſſitate ſit vera. Fient autem in ſyllogismo categorico duae propoſitiones iſtae omne mordax tuſſim ciet; omne oleum tuſſim ciet; ex quibus conceſſis nihil concludi poterit. Hypotheticam vero propoſitionem, quam Chryſippus axioma concluſum nuncupat, veram accipere non licet, neque a ſenſu neque ex conſequentia logica. A ſenſu enim aut per ſenſum, aut utcunque nominare placebit, id genus axiomata deſumpta ſunt; *nempe*, omne mordax tuſſim ciet, et, ſi quid mordax eſt, itidem et tuſſim ciet; et non, ſi omne mordax tuſſim ciet, protinus quicquid tuſſim ciet mordax erit. Neque omnino ad hoc, ſi quid mordax

χνῶδες ἅπαν ὑπάρχει δακνῶδες, οὔτε τῷ πᾶν εἴ τι δακνῶδές ἐστιν, τοῦτο καὶ κερχνῶδες ὑπάρχειν, ἕπεται τὸ πᾶν εἴ τι κερχνῶδές ἐστιν, καὶ δακνῶδες ὑπάρχειν, ἀλλὰ τὸ μὲν εἰ μὴ κερχνῶδες οὐδὲ δακνῶδες ἀληθές. ἀντιστρέφει γάρ, οὐ μὴν εἴ τι κερχνῶδες, εὐθὺς καὶ δακνῶδες· ἀναστρέφει γὰρ τοῦτο. δέδεικται δ' ἐν ταῖς λογικαῖς μεθόδοις ὡς οἱ μὲν ἀντιστρέφοντες τοῖς ἀληθέσι λόγοις ἀληθεῖς εἰσιν, οἱ δὲ ἀναστρέφοντες οὐκέτι πάντως ἀληθεῖς. εἴπερ οὖν οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀληθές ἐστιν τὸ εἴ τι κερχνῶδές ἐστιν, τοῦτο εἶναι εὐθὺς καὶ δακνῶδες, οὐδ' ἂν τὸ ἔλαιον ἐκ τοῦ κερχνῶδες εἶναι καὶ δακνῶδες δεικνύοιτο. μόνως γὰρ ἂν εἴπερ ὡμολόγητο, πᾶν τὸ κερχνῶδες δακνῶδες ὑπάρχειν, ἀληθῶς ἂν εὑρέθη τὸ τοιοῦτον συνημμένον, εἰ κερχνῶδές ἐστι τὸ ἔλαιον, καὶ δακνῶδές ἐστιν, ἵνα ἕπηται τούτῳ τῷ λόγῳ προσλήψεως τοιᾶσδε γενομένης· ἀλλὰ μὴν κερχνῶδές ἐστι τὸ ἔλαιον, ἕπεται τὸ συμπέρασμα κατὰ τὸν πρῶτον ἀναπόδεικτον τοιοῦτον, δακνῶδες ἄρα ἐστὶ τὸ ἔλαιον. ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὕτως ἐπιχειρητέον

eſt, hoc et tuſſim ciet, ſequitur in univerſum iſtud, ſi quid tuſſim ciet ipſum et mordax eſſe, ſed id quidem, ſi non ciet tuſſim, haudquaquam mordax eſſe; id verum eſt, quippe quum mutuo convertantur. Non tamen ſi quid tuſſim ciet, continuo et mordax eſt, *ſimpliciter* enim hoc convertitur. Demonſtratum autem in methodis logicis eſt, quae ex mutuo veris convertuntur orationes, ipſas quoque veras eſſe; at quae ſimpliciter convertuntur non perpetuo eſſe veras. Igitur ſi non ex neceſſitate verum eſt, ſi quid tuſſim movet, idem ſtatim mordax eſſe, neque ſane oleum proinde quod tuſſim moveat, mordax eſſe concludi poterit. Hoc enim duntaxat pacto, nempe ſi in conſeſſo eſſet omne quod tuſſim moveat itidem mordax eſſe, vere talem confici concluſionem inveniretur: ſi tuſſim movet oleum, utique et mordax eſt, quo ad hanc ſequatur orationem facta tali aſſumptione, atqui tuſſim movet oleum, ſequitur ergo juxta primam orationem indemonſtratam concluſio: mordax igitur oleum eſt. Verumenimvero non hoc pacto colligendum il-

Ed. Chart. XIII. [44. 45.] Ed. Baf. II. (23.)

ἦν αὐτοῖς, ὡς εἴ τι δακνῶδες, εὐθύς ἐστι τοῦτο καὶ κερχνῶδες, ἀλλ' ὅτι μόνα τὰ δακνώδη κερχνώδη· εἴη γὰρ ἂν οὕτω τὰ κερχνώδη πάντα δακνώδη. τοῦτο δ' αὐτὸ, τὸ μόνα τὰ δακνώδη κερχνώδη φαίνεσθαι, παρά τε τὴν αἴσθησιν εἴρηται. φαίνεται γὰρ καὶ τὰ λιπαρὰ κερχνώδη καὶ τὸ ζητούμενον ἑτοίμως εἴληπται, μήτ' ἐξ αἰσθήσεως μήτ' ἐξ ἀποδείξεως πιστωθέν. ἔτι τε πρὸς τούτοις ἀγνοούντων ἐστὶν ἀνθρώπων, ὁποία τις ἡ τοῦ κέρχνειν ἐστὶ διάθεσις, ἣν ἴσως ἄμεινον αὐτοῖς ἐξηγήσασθαι.

Κεφ. ιζ. Συμβαίνει δὲ τὸ κέρχνειν ἀνωμαλίας τινὸς ἐν τῇ φάρυγγι συνισταμένης παρὰ φύσιν. εἰθισμένον γὰρ τὸ πνεῦμα διὰ καθαρᾶς καὶ λείας ἀεὶ φέρεσθαι τῆς ὁδοῦ, ἐπειδὰν προσκόπτῃ τισὶν ἐξοχαῖς κατ' αὐτὴν, κλόνον τέ τινα καὶ οἷον ἀνώμαλον σεισμὸν ἐργάζεται κατὰ τὴν φάρυγγα, καὶ οὕτως ἐρεθίζεται πρὸς βῆχα τὸ ζῶον. ὥσπερ γὰρ [45] καὶ ἄλλα πολλὰ σωτηρίας ἕνεκα τοῖς ζώοις ἡ φύσις ἐναπειργάσατο σύμφυτα πάθη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πταρμὸν καὶ βῆχα. πταρμὸν μὲν ὑπὲρ τοῦ διώσασθαι τὰ κατὰ τὰς

lis fuerit, quod fi quid mordax effet, continuo et tuffim moveret, fed quod fola mordacia tuffim provocant; ita enim concluderetur quicquid tuffim moveret effe mordax. At hoc ipfum, fola videlicet mordacia tuffim ciere videri et aliena a fenfu dicitur, quippe quum et pinguia movere tuffim appareant, et quod quaeritur prompte affumptum eft neque ex fenfu, neque ex demonftratione confirmatum. Praeterea hominum ignorantium, quaenam fit tuffim movendi affectio, quam fortaffis ipfis exponere praeftiterit.

Cap. XVII. Contingit autem tuffim cieri inaequalitate quadam in gutture praeter naturam proveniente, quippe quum fpiritus per puram laevemque femper ferri viam confuetus, fi quando in eminentia quaedam impingat, tumultum quendam ac veluti inaequalem concuffionem in gutture efficit, atque ita ad tuffim animal provocat. Nam ut alias quoque multas natura hominibus falutis gratia ingenitas indidit paffiones, ad eundem modum et fternutationem et tuffim; fternutationem quidem, uti ea quae in naribus in-

ῥῖνας ἐρεθίζοντά τε καὶ λυποῦντα, βῆχα δ' ὑπὲρ τοῦ τὰ κατὰ τὴν φάρυγγα. διττὴ δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη διάθεσις, ἢ αὐτοῦ παρὰ τὴν ἀρτηρίαν ὑμένος ἀναξηραινομένου τε καὶ τραχυνομένου, ἤ τινος ἀνωμάλου ἐν αὐτῷ φερομένου σώματος εἴτ' οὖν ὑγροῦ τὴν φύσιν εἴτε καὶ στερεοῦ. διὰ τοῦτο κἂν ἄρτου τι μόριον σμικρὸν, ἤ τινος ἄλλου τῶν ἐδεσμάτων ἀκόντων ἡμῶν παραδράμῃ ποτ' εἰς τὸν τοῦ πνεύματος πόρον, ἀναγκαζόμεθα βήττειν, κἂν πινόντων ἡμῶν ἀθρόον τι παραῤῥυῇ τοῦ πόματος, ὁμοίως ἐρεθίζεται καὶ βῆχα προσκαλεῖται. παρηθεῖται μὲν γὰρ ἀεί τι κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν εἰς τὸν πνεύμονα τοῦ πινομένου σμικρὸν οὕτως, ὡς ἀναρπάζεσθαί τε πρὸς τῶν ὀργάνων αὐτίκα καὶ διαδίδοσθαι πάντη ῥᾳδίως, οὐ μὴν οὐ διΐσταταί γε ἀθρόαν οὐδαμόθι κατὰ τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος, οὐδ' ἐρεθίζεται πρὸς βῆχα τὸ ζῶον. ἐπειδὰν δ' ἤτοι τοῦτο πλέον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ὑγρὸν, ἢ στερεὸν σῶμα κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐμφέρηται, βήττειν ἀναγκαῖον ἤδη ταὐντεῦθεν, ἄχρι περ ἂν ὑπὸ τῆς σφαδρότητος τοῦ πνεύματος ἐκβρασθῇ τὸ λυποῦν. ἀνάλογον δέ τι τῷδε συμβαίνει, κἀπειδὰν αὐτῷ τῷ κατὰ τὴν ἀρτηρίαν ἔνδον ὑμένι τραχυνθέντι

festa molestaque sunt propelleret, tussim vero ut quae in gutture. Porro duplex ea affectio est, aut resiccata exasperatave quae in arteria est membrana, aut inaequali in ea corpore delato, sive id liquidum sit sive solidum. Hinc seu panis micula, aut alterius cujuspiam edulii nobis invitis in spiritus meatum decidat, tussire adigimur: seu si bibentibus affatim, ipsius potus quippiam eo influat, similiter irritamur, atque ad tussim compellimur. Percolatur enim perpetuo per asperam arteriam in pulmonem ipsius potus tam exile quippiam, ut protinus ab instrumentis raptum persacile quocunque distribuatur, nec tamen uspiam acervatim in spiritus semita consistat, neque animal ad tussim irritet. At ubi vel id ipsum plusculum, vel aliud quodpiam seu liquidum seu solidum corpus in aspera defertur arteria, jam inde tussire necesse est, donec a spiritus vehementia, quod molestat propulsatum ejiciatur. Proportionale quippiam huic accidit, ubi in membranam ipsam internam arteriae

προσκόπτη τὸ πνεῦμα, πλὴν ἀλλ' ἥ γε διάθεσις αὕτη (24) τῆς προειρημένης ἐστὶν ἑτέρα. αὕτη μὲν γὰρ ἀφαιρεῖταί τι καὶ ἀποξύεται τοῦ τῆς ἀρτηρίας ὑμένος, ἔσωθεν δὲ προσπίπτει κατὰ τὴν προτέραν διάθεσιν. τὸ κοινὸν δ' ἀμφοῖν ἐστιν ἡ ἀνωμαλία τῆς τοῦ πνεύματος ὁδοῦ. λέλεκται δ' ἐπιπλέον ὑπὲρ αὐτῶν ἐν ταῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις. ἀλλ' εἴς γε τὸ παρὸν ἀπόχρη γινώσκειν ὡς τὰ μὲν δακνώδη πάντα τῷ τραχύνειν τὴν φάρυγγα, τὰ δ' ἐλαιώδη καὶ λιπαρὰ τῷ περιπλάττεσθαι τὴν ἀνωμαλίαν τε καὶ τὴν κέρχνον ἐργάζεται. πᾶν γὰρ ὅ τι περ ἂν ἔξω τῆς φύσεως ἐπιπίπτῃ τῷ χιτῶνι τῆς ἀρτηρίας, ἐμπλάσσεταί τε δυσαπολύτως, ἄηθες μὲν τοῖς ὀργάνοις καὶ τῷ δι' αὐτῶν φερομένῳ πνεύματι, λυπηρὸν δὲ τῷ ζώῳ γίγνεται. καὶ οὐ τοῦτό φημι νῦν, ὡς οὐχὶ καὶ τῇ ποιότητι δακνώδη τὰ πλεῖστα τῶν ἐλαίων ἐστί. τά τε γὰρ ἁλῶν μετέχοντα καὶ τὰ παντάπασι νέα δακνώδη πάντως ἐστὶν, οὐ διὰ τὴν ἰδίαν αὐτῶν οὐσίαν, ἀλλ' ὅτι πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν φυτῶν χυλοῖς ἐμφέρεται περίττωμα διττὸν, ὡς καὶ Θεόφραστος μὲν ἱκανῶς ἐπέδειξε καὶ ἡμεῖς δ' ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδείξομεν, ἕτερον μὲν τὸ πα-

exafperatam fpiritus impingit, nifi quod haec affectio alia a jam dicta fit. Nunc enim ab arteriae membrana aufertur abraditurqae quippiam, intus vero adhaeret aliquid in priore affectu. Porro utrique communis eft fpiritalis viae inaequalitas, de quibus fufius in caufis fymptomatum differuimus. Caeterum in praefentia cognovifle fufficit quod mordacia gutturis exafperatione, oleofa vero et pinguia illitu inaequalitatem et ad tuffim impetum efficiant. Quicquid enim extra naturam in arteriae incidit tunicam tenaciterque illi inhaeret, tum organis ipfis et qui per ea defertur fpiritui infolens eft, tum animanti quoque moleftum. Nec id nunc dico, quin pleraque ex oleis qualitate mordicantia fint. Nam et quae admixtum habent falem et prorfus recentia funt, ea omnino mordacia quoque funt, non propria fua effentia, fed quantum omnibus plantarum fuccis geminum infit excrementum, quod abunde indicavit Theophraftus, et nos poftea commonftrabimus, alterum craffius ac velut terre-

χύτερον καὶ οἷον γεωδέστερον, ἕτερον δὲ τὸ λεπτότερον καὶ ὑδατωδέστερον. ἔστι δὲ καὶ κατὰ τοὔλαιον ταῦτ᾽ ἄμφω χρόνου δεόμενα πρὸς σύμπεψίν τε καὶ διάκρισιν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ χρόνῳ τὸ μὲν ὑφίσταται, τὸ δ᾽ ἐκδαπανᾶται. καὶ πρότερόν γε τὸ γεῶδες καὶ παχύτερον ὑφίσταται τὸ καλούμενον ἀμόργη, θάτερον δὲ τὸ λεπτότερον καὶ οἷον ὑδατωδέστερον, ἔστι πως καὶ τοῦτο σύνθετον, ἐξ ἀερώδους τέ τινος οὐσίας καὶ λεπτῆς ὀῤῥώδους.

Κεφ. ιη'. Τὸ δ᾽ ὀῤῥῶδες τοῦτο πυῤῥὸν μὲν τὴν χρόαν ἐστὶ, τοῦ δ᾽ ὑφισταμένου καὶ παχέος καὶ γεώδους ἀπομέμακται τὴν ποιότητα. αὐτὸ δὲ τοὔλαιον ἄδηκτόν τε καὶ λευκόν ἐστι κατά γε τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὅθεν ἐπειδὰν ἀποχωρισθῇ τὸ λεπτὸν τοῦτο περίττωμα, λευκότερόν τε καὶ γλυκύτερον ἑαυτοῦ γίγνεται. ἀποχωρίζεται δὲ τρό[46]ποις πολλοῖς. ἢ γὰρ ἐν ἡλίῳ θερμῷ θέντες ἀγγεῖον εὐρύστομον ἐλαίου μεστὸν, αἴροντες κόγχαις ἐξ αὐτοῦ πολλάκις ἄνωθεν καταράττουσιν, ἢ θερμὴν ὑποτιθέασιν τέφραν τοῖς περιέχουσιν ἀγγείοις τοὔλαιον, ἡλιοειδῆ θερμασίαν ὡς ἔνι μάλιστα μιμού-

ſtrius, alterum tenuius et velut aquoſius. Sane et oleo ambo haec inſunt, ad concoctionem et ſecretionem tempus poſtulantia. Porro tempore quidem alterum reſidet, alterum vero conſumitur. Ac primum quidem, quod videlicet et terreſtre eſt et craſſum, ſubſidit, amurca nuncupatum, alterum vero tenuius ac velut aquoſius quodammodo et ipſum compoſitum eſt, ex aërea ſcilicet eſſentia et tenui ſeroſa.

Cap. XVIII. Caeterum ſeroſum iſtud rufi coloris eſt, a craſſo illo terreſtrique ſubſidente ſcilicet qualitate abſterſa. At oleum ipſum tum minime mordax, tum candidum ſua natura exiſtit. Quapropter ubi tenue hoc excrementum ſeparatum fuerit, candidius etiam dulciusque efficitur. Separatur vero multis modis. Aut enim in ſole fervente lati oris vaſculo olei pleno depoſito, conchis in altum ſublatis ſubinde id cum ſtrepitu deſuper conturbant, aut calidos vaſculis oleum continentibus cineres ſubjiciunt, ſolarem

μενοι. φυλάττονται γὰρ τὴν πλείονα, μεταβάλλουσαν αὐτὸ κατὰ ποιότητα καὶ κνισσῶσαν ἑτοίμως, ἢ πυρῆνας ἐλαιῶν, ἢ σῖτον ἐν κύκλῳ περιτιθέασιν, ἢ ἐπεμβάλλουσί τινα φάρμακα τοῖς ἀγγείοις αὐτοῖς, ἑνὶ δὲ λόγῳ τὸ μὲν ὑδατῶδες ἐξάγουσι καὶ δαπανῶσι, τὸ λοιπὸν δὲ φυλάττουσιν. ἐὰν οὖν οὕτω γλυκὺ καὶ λευκὸν ἔλαιον λαβὼν, ᾧ μηδ' ἀπ' ἀρχῆς ὑπῆρχε μετέχειν ἁλῶν, ἔτι δὲ καὶ πλύνεις, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἀδηκτότατόν ἐστί σοι τοῦτο πάντων φαρμάκων. καὶ ἡμεῖς τοι πολλάκις τοιοῦτόν τισιν ἔλαιον ἐδώκαμεν πιεῖν καὶ αὐτοί τε προσηνεγκάμεθα πείρας ἕνεκα καὶ ἦν ἄδηκτόν τε κατ' ἔντερον ἀκριβῶς καὶ τῆς φάρυγγος ἥκιστα βηχῶδες, ἐγχεόμενόν τε τοῖς ὀφθαλμοῖς βραχεῖαν αἴσθησιν ἔφερεν αὐτῷ μόνῳ τῷ ξένῳ καὶ ἀήθει μᾶλλον ἢ τῇ δριμύτητι διοχλοῦν. τὸ μὲν δὴ τοιοῦτον ἔλαιον, ἀκριβῶς ὑπάρχον ἔλαιον, ὑγραίνει τε πάντα καὶ μαλάττει, μήτε ψυχρὸν ἄκρως, ὡς εἴρηται, μήτε θερμὸν προσφερόμενον. ᾧ δὲ καὶ τῶν ἁλῶν μέτεστιν, ἔχει τι καὶ δήξεως ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ θαυμάσαιμ' ἂν εἴ τις

quam fieri poffit maxime calorem imitati, majorem enim idcirco vitant, quod ipfum in qualitate transmutet prompteque nidorem excitet, aut nucleos olivarum aut frumentum circumcirca apponunt, aut medicamenta quaedam vafis ipfis injiciunt. In fumma, quod aqueum eft exigunt atque confumunt, reliquum autem fervant. Itaque fi tam dulce candidumque acceptum oleum, cuique nec ab initio fal inditus eft, ipfum infuper, ut ante pofitum eft, laves, id tibi medicamentorum omnium minime mordax erit. Ac nos quidem perfaepe oleum ejusmodi bibendum nonnullis exhibuimus, nosque ipfi experimenti gratia fumpfimus, prorfumque nullam inteftinis mordacitatem attulit, gutturique minime ad tuffim impetum commovit, quumque oculis effet infufum, fenfum movit exiguum, ipfa potius novitate atque infolentia quam acrimonia moleftum. Atque ejusmodi fane oleum, ad unguem oleum exiftens cuncta tum humectat tum emollit, ubi nec fumme, ut monuimus, frigidum, nec calidum applicetur. Porro cui injectus fal eft, nonnulla quoque ineft

οὕτω πολλοὺς ἐμβάλλει τοὺς ἅλας, ὡς ἰσχυρότερον γενέσθαι τῆς ἐλαιώδους τε καὶ λιπαρᾶς οὐσίας καὶ ἵνα τις ἀποδείξηται τὸν Ἀρχίδαμον, ἐπικαίεσθαι λέγοντα τὸ δέρμα τοῖς ἐν ἐλαίῳ τριβομένοις, ἐπεί τοι καὶ τοῦτο γιγνόμενον οἶδα πολλάκις, ἄλλων τέ τινων ἕνεκα καὶ ποδάγρας καὶ ἀρθρίτιδος. ἀνατρίβουσι γάρ ἔνιοι τὰ πεπονθότα μόρια σὺν ἐλαίῳ βραχεῖ λείοις ἁλσὶν, ἐν τοῖς διαλείμμασι δηλονότι καὶ οὐκ ἐν τοῖς παροξυσμοῖς, ὑπὲρ τοῦ ξηρᾶναι καὶ διαφορῆσαι τὸ περιττὸν ἅπαν, εὐεξίαν τέ τινα καὶ ῥώμην ἐνθεῖναι τοῖς ἀσθενέσι μορίοις. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν οἱ ἅλες κρατοῦσιν, ἐν ἐλαίῳ δὲ κρατοῦνται. καὶ χρὴ τὸν ἐπαλειφόμενον καὶ ἀνατριβόμενον πρὸς τὰ βρεχόμενα μᾶλλον ἐν ἐλαίῳ παραβάλλειν ἤπερ τὰ ἑψόμενα, μὴ μέλλοντάς γε καθεψήσειν ἐν ἐλαίῳ ζέοντι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐπαλείφειν εὐκράτῳ. κάλλιον γὰρ ἦν, ὡς πολλάκις εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν, αὐτὸ τὸ γιγνόμενον ὁρᾷν αἰσθητόν τε ὂν καὶ σαφὲς ἀκριβῶς. οὐ γάρ δήπου δεῖ τῶν ἔξωθεν παραδειγμάτων ἐν τοῖς οὕτω γνωσθῆναι δυναμένοις. εἰ δ' ἄρα

necessario mordacitas. Verum mirer sane, si quis tantum indat salis, ut oleosam pinguemque substantiam exuperet: utque Archidamum scilicet referat, qui ait cutem aduri iis qui in oleo fricantur, quandoquidem et id saepenumero factum vidi, quum aliorum nonnullorum gratia tum podagrae et arthritidis; fricant enim quidam partes affectas trito in pauculo oleo sale multo, idque per intermissiones haudquaquam in paroxysmis, tum ut superfluum omne exiccent, atque discutiant, tum ut partibus infirmis bonam comparent habitudinem ac robur. Atque in hoc quidem sal exuperat, in oleo vero superatur, potiusque eorum quae in oleo rigata sunt facienda comparatio est quam quae in eo decocta, utpote qui hominem ferventi nequaquam oleo decocturi sumus, verum temperato uncturi. Praestat enim, id quod aliquoties supra monuimus, ipsum rei eventum sensu perceptibilem et exacte manifestum inspicere, neque enim sane extrinsecus quaesitis opus exemplis est, in rebus nimirum quae tam clare cognosci possunt. Quin si quando forte

ποτὲ καὶ ἄδηλον εἴη τὸ ζητούμενον, ὡς τῆς ἐξ ἑτέρων δεῖσθαι πίστεως, οὐδ᾽ οὖν οὐδ᾽ ἐνταῦθα ποῤῥώτατά τε καὶ ἀνομοιότατα τίθεσθαι μαρτύρια τῆς τοῦ ζητουμένου δυνάμεως, ὑπερβαίνοντας τὸ πλησιάζον. ἐναργὲς δήπου καὶ σαφὲς πᾶσίν ἐστιν ὡς ἡ μετ᾽ ἐλαίου τρίψις ἀκοπωτέρα γε πολὺ τῆς ξηρᾶς ἐστιν καὶ μαλάττει τὰ σώματα, συνέχουσα καὶ ἀποστέγουσα μᾶλλον, ὅσον ἀποῤῥεῖν πέφυκεν ἡμῶν ἐκτὸς οὐ διαφοροῦσα καὶ ξηραίνουσα. τοῦτο δὲ καὶ ὁ Διοκλῆς αὐτὸς ὡμολόγησεν, ἐμπλαστικόν τε τῶν πόρων τοὔλαιον ἀποφηνάμενος εἶναι καὶ τῶν ἀποῤῥεόντων ἐφεκτικὸν καὶ βυρσῶν μαλακτικόν. εἰ δ᾽ οὐκ ἤρκει τὸ φαινόμενον αὐτῷ καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἔξωθέν τι τεκμηρίων ἐπάγειν τῷ λόγῳ βέλτιον ἐνόμιζε, τῶν ἐν ἐλαίῳ ψυχρῷ διαβρεχομένων ἐχρῆν αὐτὸν μνημονεύειν, οὐ τῶν ἐν τῷ ζέοντι καθεψομένων.

Κεφ. ιθ΄. [47] Ὥσπερ ἐν τοῖς τοιούτοις ὑπερβαίνει τὸ φαινόμενον, οὕτω κἂν τῷ φάσκειν ἀνώμαλον γίγνεσθαι τὴν ἐν ἐλαίῳ τρίψιν, ὀλισθανουσῶν τῶν χειρῶν. αὐτὸ γὰρ δὴ τοὐναντίον ἅπαντες ἐναργῶς αἰσθανόμεθα, τῆς μὲν δι᾽

obſcurum ſit quod quaeritur, adeo ut ex aliis ſibi fidem poſcat, neque illic ſane remotiſſima diſſimillimaque propinquis praeteritis, accerſenda ſunt quaerendae facultatis teſtimonia. Sane evidens luceque clarius omnibus hominibus eſt, quod frictio ex oleo magis quam ſicca laſſitudinem aufert, corporaque emollit, cohibens occludensque quicquid e nobis foras effluere eſt natum, haudquaquam digerens et exiccans. Id ipſum et Diocles confeſſus eſt, ut qui oblinere poros oleum dixerit, quaeque effluunt cohibere, tum coria emollire. Quod ſi rerum evidentia illi non ſufficiebat, ac proinde extrinſecus adducere conjecturas potius illi viſum eſt, ea quae in oleo frigido rigantur memorare, non quae in ferventi decoquuntur afferre debebat.

Cap. XIX. Quemadmodum in talibus rerum transgreſſus eſt evidentiam, ita illic quoque, dum ait inaequalem eſſe ex oleo frictionem, manibus videlicet lubrice labentibus. Nam contrarium omnes manifeſto percipimus, nimirum

Ed. Chart. XIII. [47.] Ed. Baf. II. (24.)

ἐλαίου τρίψεως ὁμαλοῦς γιγνομένης, ἀνωμάλου δὲ τῆς ξηρᾶς. συνεπάγονται γὰρ ἐν ταῖς ξηραῖς τρίψεσιν αἱ χεῖρες τὸ δέρμα καὶ οἷον διπλοῦσί τε καὶ ἐπιπτύσσουσιν ἐν αὐτῷ βεβαίως τε καὶ παρὰ φύσιν. εἶθ᾽ ὅταν μηκέτι τὸ πρότερον οἷον ἐνδίπλωμα παραπτομέναις ταῖς χερσὶν ἕπεσθαι δύνηται, τουτὶ μὲν ἀνατρέχει καὶ ἀνασπᾶται πρὸς τὸ συνεχὲς, αἱ χεῖρες δ᾽ ἀθρόως ἐφ᾽ ἕτερον τοῦ δέρματος μετέρχονται μόριον, ὑπερβαίνουσαι τὸ κάτωθεν μέρος τῆς ἐνδιπλώσεως καὶ διὰ τοῦτο καὶ σκληρᾶς καὶ ἀνωμάλου καὶ κοπώδους τῆς τοιαύτης τρίψεως αἰσθανόμεθα· σκηρᾶς μὲν, ὅτι τε τείνεται βιαίως καὶ θλᾶται τὸ δέρμα, διὰ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ κοπώδους, ἀνωμάλου μὲν διότι μὴ παντὶ μορίῳ τοῦ δέρματος αἱ τρίβουσαι χεῖρες ἐπιπίπτουσιν, ἀλλ᾽ ὑπερβαίνουσιν ἀεὶ τὸ κάτωθεν μέρος τῆς ἐνδιπλώσεως. καὶ γίνεται τοῦτο διά τε τὰς φυσικὰς τοῦ δέρματος τραχύτητας, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς παρηβῶσι σώμασιν, καὶ ὅτι χαλαρόν ἐστι τοῖς ἄλλοις σχεδὸν ἅπασι, τοῖς τε ἰσχνοῖς καὶ πρεσβύταις μάλιστα. λεῖον μὲν γὰρ, εἴπερ ἦν ὅλον ὁμαλῶς τὸ δέρμα καὶ τεταμένον ἀκριβῶς, οὐκ ἂν ἐπεπτύσσετο

quum quae ex oleo fit frictio, aequalis exiftat, inaequalis vero ficca. Cutem enim in frictionibus ficcis manus coadducunt, ac velut duplicant violenterque ac praeter naturam complicant, dein ubi non amplius prior velut duplicatio labentes fequi manus poteft, ipfa quidem recurrit, atque ad continuum revellitur, manus vero femel ac uno impetu in alteram cutis partem tranfeunt inferiorem transgreffae duplicationis partem. Ac proinde inaequalem, duram, laboriofam talem fentimus frictionem. Duram quidem, quantum cutis violenter et tenditur et concutitur: eisdem de caufis et laboriofam, porro inaequalem, quandoquidem non in omnes cutis partes fricantes incidunt manus, verum infernam duplicationis partem perpetuo tranfiliunt, id quod fit tum ob naturales cutis afperitates, idque potiffimum in natu grandioribus, tum quod laxa eft cum aliis prope omnibus cutis, tum gracilibus maxime et fenibus. Quippe fi laevis aequabiliter tota et tenfa exacte cutis foret, haud fa-

ῥᾳδίως οὔτ' ἀνωμάλους εἰργάζετο τὰς τῶν χειρῶν ἐπ' αὐτοῦ φορὰς, ἀλλ' ἔθεον ἄν, οἶμαι, ῥᾳδίως εἰς τὸ πρόσθεν ἀπὸ τῶν πρώτων ἑτοίμως ὀλισθάνουσαι πρὸς ἕτερα, τῷ μηδὲν ἅμ' ἑαυταῖς συνεπάγεσθαι τοῦ δέρματος μόριον. ἐπεὶ δὲ χαλαρόν τέ ἐστιν καὶ τραχὺ, δεῖταί τινος ἔξωθεν φαρμάκου τάς τε ῥυτίδας ἀναπληρώσοντος αὐτοῦ καὶ τὸν ὄλισθον ταῖς τριβούσαις χερσὶν παρέξοντος, εἰς ταῦτα δὲ οὐδὲν ἂν εὕροις ἐπιτηδειότερον ἐλαίου. καὶ θαυμά(25)σειεν ἄν τις Ἀρχιδάμου, μήτε τὸ φαινόμενον ἐναργῶς αἰσθεθέντος μήτε τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ἐξευρόντος, ἀλλ' ἐν ἀμφοτέροις ἀποφηναμένου τἀναντία. φαίνεται γὰρ ἀνώμαλος μὲν ἡ ξηρὰ τρίψις, ὁμαλὴ δὲ ἡ σὺν τῷ ἐλαίῳ, μαρτυρεῖ τε τούτοις ὁ λόγος οὐχ ἥκιστα τὴν αἰτίαν ἐξηγούμενος.

Κεφ. κ'. Ἀλλὰ περὶ μὲν Ἀρχιδάμου τε καὶ Διοκλέους ἅλις εἴς γε τὰ παρόντα. βούλομαι γὰρ, ἐπειδή περ ἅπαξ ἐπὶ τὸ δεικνύναι τὴν μοχθηρὰν ὁδὸν τῆς τῶν δυνάμεων εὑρέσεως ἧκον ἐλαίῳ παραδείγματι χρώμενος ἐπεξελθεῖν τάχιστα τὸν λόγον ἅπαντα. λεγόντων οὖν τῶν φιλοσόφων θερμὸν εἶναι

cile plicari poſſet, nec inaequales in ſe manuum efficere decurſus, verum facile, reor, antrorſum percurrerent a primis ad reliqua prompte delabentes, nimirum quum nullam ſecum cutis partem ducerent. Atqui quum laxa ſit et aſpera, externo quopiam medicamento indiget, quod et rugas ejus impleat et fricantibus manibus lubricitatem praebeat, quas ad res oleo nihil aptius invenias. Mirerisque profecto Archidamum, qui nec rei ſit veritus evidentiam, nec quae ejus ſit cauſa invenerit, ſed in utrisque pronunciarit contraria, quippe quum inaequalis ſicca appareat frictio, aequalis vero quae adminiſtratur cum oleo: nec minime ea teſtimonio ſuo adſtruit ratio quae cauſam exponit.

Cap. XX. Verum de Archidamo et Diocle ſatis in praeſentia. Volo enim, quandoquidem ſemel aggreſſus ſum pravam facultatis inveniendae viam oſtendere, oleo pro exemplo uſus, omnem celerrime orationem abſolvere. Igitur quum veteres philoſophi calidum eſſe oleum aſſeverant,

τοὔλαιον καὶ τεκμήριον τούτου τιθεμένων οὐ σμικρὸν, ὡς οἴονται, τὸ τάχος τῆς εἰς τὴν φλόγα μεταβολῆς ἀντιλέγοντες ἔνιοι τουτὶ μὲν ὑπάρχειν αὐτῷ φασιν, ὅτι λεπτόν τ᾽ ἐστὶ καὶ ἀερῶδες. ἐκ δὲ τοῦ πήγνυσθαι ταχέως ἐν τῷ χειμῶνι σαφῶς ἐνδείκνυσθαι τὴν ψύξιν. οὐ μόνον γὰρ οἴνου καὶ ὄξους, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος ἑτοιμότερον ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ νικᾶσθαι. πρὸς ταῦτα δὲ ἀντιλέγοντες ἕτεροι, τὸ μὲν ἀερῶδες ὑπάρχειν αὐτὸ συγχωροῦσιν καὶ φαίνεσθαί γε σαφῶς τοῦτό φασιν ἐκ τῆς κουφότητος, οὐ μὴν καὶ ψυχρόν γε εἶναι τὴν δύναμιν ὁμολογοῦσιν. [48] ἀέρα γὰρ ἅπαντα θερμὸν ὑπάρχειν τὴν φύσιν, ὡς δηλοῖ καὶ ἡ γένεσις αὐτοῦ. λεπτυνθὲν οὖν καὶ λυθὲν ὑπὸ θερμότητος ὕδωρ, ἀέρα γίγνεσθαι. καὶ δῆλον ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς διαδέχεται μέγιστον ζήτημα, τὸ καὶ τοῖς ἐνδοξοτάτοις φιλοσόφοις ἠμφισβητημένον, Ἀριστοτέλους μὲν καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ θερμὸν ὑπολαμβανόντων εἶναι τὸν ἀέρα, τῶν δ᾽ ἀπὸ τῆς στοᾶς ψυχρόν. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ πήγνυσθαι ταχὺ τὸ ἔλαιον, ὅπερ ἐδόκει τοῖς ψυχρὸν ἀποφαίνουσιν αὐτὸ τὸ μὴ σφοδρῶς πήγνυσθαι, καθάπερ τὸ ὕδωρ,

non parvo, ut putant, argumento, quod celeriter fcilicet in flammam vertatur, contradicentes quidam id illi accidere ajunt, quoniam tenue eft et aëreum: caeterum frigiditatem ejus inde adeo monftrari, quod hieme ocisfime concrefcat, nec enim vino folum acetoque, fed etiam aqua ipfa promptius a frigore devinci. Ad ea rurfus objicientes alii, quod aëreum quidem fit non negant, idque ex levitate perfpicuo apparere dicunt: non tamen frigidum effe fatentur, quippe quum aër omnis fit natura calidus, uti generatio quoque ejus indicio eft, nimirum extenuata folutaque calore aqua aër efficiatur. Conftatque jam inde maximam eos ingredi quaeftionem clarisfimis philofophis dubitatam. Siquidem Ariftoteles quique eum fectantur calidum effe aëra exiftimant, at Stoici frigidum. Porro ad celerem olei congelationem, quod vifum eft illis qui frigidum ipfum afferunt, hi qui calidum contra contendunt, non tam valide concrefcere, ut aquam, contra opponunt; neque enim con-

Ed. Chart. XIII. [18] Ed. Baf. II. (25.)

ἀντιπροτείνουσιν οἱ θερμὸν ὑπάρχειν αὐτὸ φάσκοντες. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πῆξιν εἶναι τὸ γινόμενον ἐπ' αὐτοῦ φασιν, ἂν ἀκριβῶς ἐξετάζωμεν, ἀλλ' οἷον σύστασίν τινα καὶ πάχυνσιν, καὶ γίγνεσθαι τοῦτο λέγουσιν, ὅτι παχὺ καὶ γλίσχρον ἐστὶν, οὐχ ὅτι ψυχρὸν, ὥστε κἀνταῦθα πάλιν ὁ λόγος ἑκατέρωθεν εἰς ἀπορίαν ἀφικνεῖται, τῶν μὲν ἐκ τοῦ θᾶττον ὕδατος ὑπὸ τῆς ψύξεως νικᾶσθαι τοὔλαιον, τῶν δ' ἐκ τοῦ μᾶλλον ὕδωρ ἐλαίου πήγνυσθαι κατασκευαζόντων τἀναντία· πρὸς τῷ τοίνυν ἐν τούτοις ἀμφισβητεῖν οὐδ' ὡς ἀερῶδές ἐστιν ὁμολογοῦσιν ἅπαντες. ἡ μὲν γὰρ κουφότης τούτου, φασὶ, σύμβολον, ἡ μέντοι παχύτης οὐ σμικρὸν τεκμήριον τοῦ γεῶδες ὑπάρχειν αὐτό. συνθέντες δ' ἄμφω τινὲς ἀερῶδές τε ἅμα καὶ γεῶδες εἶναί φασιν. εἰσὶ δ' οἳ καταγελῶσι τούτων, ὡς τὸ μάλιστα ὑπάρχον ἐλαίῳ, τὴν ὑγρότητα τελέως ἀφαιρουμένων τῷ λόγῳ. πρὸς τοίνυν τούτοις ἐκ τοῦ γλίσχρον ὑπάρχειν αὐτὸ τινὲς μὲν ψυχρὸν ἐπιδεικνύουσιν, τινὲς δὲ θερμὸν, καὶ τινὲς μὲν ξηρὸν, ἔνιοι δ' ὑγρόν. εἰ μὴ γὰρ συνῆκτο καὶ πεπύκνωτο τὰ μόρια καὶ ἀλλήλων ἀκριβῶς εἴχετο, μὴ ἂν γενέσθαι γλί-

gelationem in eo eſſe ajunt, ſi quis recte expendat, ſed velut conſiſtentiam et incraſſationem, hocque ſieri ajunt, quia craſſum eſt et viſcoſum, non quia frigidum. Itaque rurſum utrinque in ambiguum oratio perducitur; illis quidem ex eo quod celerius a frigore vincatur oleum quam aqua: his vero ex eo quod aqua oleo plus congeletur, contraria aſtruentibus. Ad hoc itaque quod de his addubitent, neque quod aëreum ſit omnibus conſeſſum eſt. Etenim levitas quidem, inquiunt, hujus indicium foret: at craſſities non parvam adfert conjecturam ipſum eſſe terreum. Porro quidem ambo componentes, aëreum ſimul et terreum conſtituunt. Sunt qui hos deridentes, id quod praecipue oleo ineſt, nempe humiditatem, adimere perſecte ipſos oratione dicant. Ad haec nonnulli ex eo quod viſcoſum ſit, frigidum eſſe contendunt, alii vero calidum, nonnulli ſiccum, poſtremo quidam etiam humidum. Etenim niſi contractae compactaeque partes ejus forent et invicem exacte adhaererent,

σχρον, ἔργα δ' εἶναι ταῦτα σύμπαντα ψυχροῦ. διαχεῖν γὰρ καὶ λύειν καὶ λεπτύνειν καὶ ἀπ' ἀλλήλων χωρίζειν τὰ μόρια τὴν τοῦ θερμοῦ φύσιν. οἱ δ' αὖ τοὐναντίον οὐδ' ἂν γενέσθαι τι γλίσχρον φασὶν ἄνευ θερμότητος κρατούσης, ὡς κἀν ταῖς ἑψήσεσι δηλοῦσθαι τῶν χυλῶν ἁπάντων, ὅσοι τε βοτανῶν ἐκθλίβονται καὶ ὅσοι καρπῶν. ὑδατώδεις γὰρ ὄντας τὰ πρῶτα καὶ λεπτοὺς ταῖς συστάσεσιν καὶ διαῤῥέοντας, ἐπειδὰν ἑψηθῶσιν, παχεῖς καὶ γλίσχρους γίνεσθαι. καὶ μὲν δὴ κἀκ τῶν κατὰ μέρος παραδειγμάτων ἑκάτεροι τἀναντία πιθανῶς κατασκευάζουσιν, οἱ μὲν ἰξὸν καὶ μέλι καὶ πίτταν ὑγρὰν καὶ ῥητίνην, ἕτερά τε τοιαῦτα τῶν ὁμολογουμένων γλίσχρων τε ἅμα καὶ θερμῶν προτείνοντες. οἱ δὲ κωνείου καὶ ψυλλίου καὶ ἀνδραφάξυος καὶ βλίτου χυλοῦ μνημονεύοντες, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις οἷον κολοφῶνά τινα τῷ λόγῳ τὸ φλέγμα προχειριζόμενοι· σαφῶς γὰρ αὐτοῖς τοῦτο καὶ γλίσχρον εἶναι δοκεῖ καὶ ψυχρόν. ἀλλὰ κἀκ τοῦ τοῖς φλεβοτομουμένοις ἐπισταζόμενον ἔλαιον εὔρουν ἐργάζεσθαι τὸ αἷμα τἀναντία κατασκευάζοντάς ἐστιν ἰδεῖν ἑκατέρους. οἱ μὲν γὰρ ὡς τῇ θερμότητι χέον, οἱ δ' ὡς

viſcoſum haud fore, atqui illos omnes frigiditatis eſſe affectus, nam fundere, extenuare, ſolvere, partes a ſe invicem ſeparare, eſſe calidi naturam. At alii contra viſcoſum nihil fieri pronunciant citra calidi victoriam, veluti in ſuccorum omnium patet decoctione, tum eorum qui ex herbis exprimuntur, tum qui ex fructibus, quippe qui quum aquei principio ſint, ac conſiſtentia tenui liquidaque, ubi decocti fuerint, craſſi viſcoſique evadant. Quin et ex particularibus utrique exemplis contraria probabiliter aſtruunt. Alii viſcum, mel, picem liquidam, reſinam et alia id genus quae viſcoſa fatemur et calida proponentes. Alii cicutae, pſyllii, atriplicis blitique ſuccum memorantes, et ad haec veluti colophonem quendam orationi pituitam proſerentes, liquido enim ipſis ea et viſcoſa eſſe et frigida videtur. Quin ex eo quod quibus venae ſectione ſanguis detrahitur, oleum inſtillatum fluidum reddat ſanguinem, utroſque contraria aſtruere videre eſt. Alii enim tanquam calore fundens,

Ed. Chart. XIII. [48. 49.] Ed. Baf. II. (25.)

τῇ ψυχρότητι τὸν ὄλισθον παρέχον, ὁμοίως κρυστάλλῳ τὴν εὔροιαν ἐργάζεσθαί φασιν αὐτό. κἄπειτ' ἐντεῦθεν ἐκτραπόμενοι περὶ τῆς τῶν ὀλισθηρῶν ἁπάντων φύσεως διαλέγονται, μέχρι τῆς ἐσχάτης φιλολογίας ἀνιόντες τῷ λόγῳ. καταγινώσκοντες δὲ τῆς τούτων ἄλης, ὥς φασιν, ἕτεροι τὴν πιμελὴν τῷ λόγῳ προχειρίζονται, πλησιαίτατα μὲν ἐλαίῳ τὴν φύσιν ὑπάρχουσαν, ἐναργῶς δ' εὑρεθῆναι δυναμένην ὁποία τίς ἐστι τὴν κρᾶσιν, ἐν αὐτοῖς γὰρ ἡμῖν συνισταμένην οὐκ ἂν δύνασθαι λαθεῖν. αὐτίκα γέ τοί φασιν ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς καὶ εὐτραφέσι σώμασιν γεννᾶσθαι πιμελὴν πολλὴν, ἃ μηδὲ μανέντα τινὰ φάναι ψυχρά. γίνεσθαι γὰρ τοιαῦτα τῆς φύσεως ἐῤῥωμένης, ἣν δὴ θερμόν τι χρῆμα πάντες ὡμολογήκασιν οἱ φυσικοὶ φιλόσοφοι. τούτοις δ' ἀντιλέγοντές τινες ἐν ψυχροτέραις κράσεσι γεννᾶσθαι πιμελήν φασιν, ὡς δηλοῦν τάς τε γυναῖκας καὶ τοὺς ἀργῶς διαιτωμένους. [49] ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν, ἔνθα μὲν τὸ ψυχρὸν κρατεῖ, πιμελώδεις, ἔνθα δὲ τὸ θερμὸν, ἰσχνούς φασι γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ προχειρίζονται παράδειγμα τῷ λόγῳ, Κελτοὺς μὲν καὶ Θρᾷκας καὶ

alii vero tanquam frigore lubricitatem praebens, non fecus ac glacie fluxibilitatem ipfum facere afferunt. Atque inde alio verfi de lubricorum omnium natura difceptant, ad extremam ufque garrulitatem orationem promoventes. Condemnantes autem horum errorem, ut ajunt, alii pinguedinem proponunt, quae proxime olei naturam accedit et evidenter deprehendi poteft cujus fit temperamenti, quippe quae in nobismetipfis confiftat, nec fallere nos queat. Nam in fanis, inquiunt, et bene curatis corporibus multa provenit pinguedo, quae ne infanus quidem frigida dixerit; talia enim fieri robufta natura, quam omnes naturales philofophi calidam effe rem confitentur. Sed his e diverfo quidam in frigidis temperamentis pinguedinem provenire ajunt, velut foeminae indicant, quique ociofam vitam tranfigunt. Jam vero et inter gentes ubi frigus quidem fuperat, pingues; ubi vero calor, graciles provenire homines afferunt, proferuntque exempla, Celtas, Thraces, Bithynos, Ponticos, Galatas,

Βιθυνοὺς καὶ Ποντικοὺς καὶ Γαλάτας, ἅμα μὲν ψυχρᾶς χώρας οἰκήτορας, εὐθὺς δὲ καὶ πιμελώδεις τοὐπίπαν· Ἄραβας δὲ καὶ Λίβυας Αἰγυπτίους τε καὶ Αἰθίοπας, ὅσοι τ' ἄλλοι θερμὴν ἐποικοῦσι γῆν ἰσχνοὺς καὶ ξηροὺς ἅπαντας. εἰσὶ δ' οἳ καὶ χωρὶς κατὰ μέρος παραδειγμάτων αὐτῷ τῷ καθόλου λόγῳ πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητοῦσιν, οἱ μὲν μηδ' ἂν γενέσθαι τὸν λιπαρὸν ἐν ἡμῖν χυμὸν, εἰ μὴ καλῶς ὑπὸ τῆς φύσεως αἱ τροφαὶ κατεργασθεῖεν, οἱ δὲ τοῦτον μὲν ἐν ταῖς τροφαῖς περιέχεσθαι, καταναλίσκεσθαι δ' ὑπὸ τῆς ἐν ἡμῖν θερμασίας, ὥσπερ τοὔλαιον ὑπὸ τῆς φλογὸς, ἧς ἀῤῥώστου γινομένης ἀθροίζεσθαι κατὰ τὸ σῶμα. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ζῶα παρατίθενται τῷ λόγῳ, τὰ μὲν φύσει ψυχρότερα πιμελωδέστερα πάντα ὑπάρχοντα, καθάπερ ἄρκτοι καὶ ὄϊες καὶ σύες, τὰ δ' αὖ θερμότερα ξηρότερα καὶ ἀπίμελα, καθάπερ λέοντές τε καὶ παρδάλεις καὶ κύνες. ἔτι τοίνυν ἀπὸ τοῦ διαφθείρεσθαι βρεχομένας ἐλαίῳ μελίττας τε καὶ μυίας καὶ σφῆκας καὶ μύρμηκας, οἱ μὲν ψυχρὸν, οἱ δὲ θερμὸν ἐπιδεικνύναι πειρῶνται τοὔλαιον, καὶ τινὲς μὲν ὑγρὸν, τινὲς δὲ ξηρόν. ἄναιμα γὰρ ὄντα τὰ εἰρημένα ζῶα καὶ διὰ τοῦτο ψυ-

ficut frigidae regionis incolas, ita quoque in universum pingues; Arabes vero, Libyos, Aegyptios, Aethiopes, quique terram inhabitant calidam, graciles et aridos omnes. Nonnulli vero citra particularia exempla universali inter sese ratione contendunt, partim pinguem in nobis fuccum provenire non posse, nisi probe a natura cibi conficiantur asserentes, partim in cibis quidem contineri consitentes, a nostro tamen calore consumi velut a flamma oleum, qui ubi infirmior est redditus, in corpore acervari. Sunt qui animantia quoque in medium afferant, ut quae natura frigidiora sunt, pinguiora omnia reperiantur, ut ursi, oves, sues; quae calidiora itidem et ficciora gracilioraque et pinguitudine vacantia, ut leones, pardales, canes. Praeterea inde adeo, quod madefactae oleo apes, muscae, vespae, formicaeque intereant, alii quidem calidum, alii frigidum comprobare ipsum tentant, ac rursum alii humidum atque alii ficcum. Etenim quum jam dictae animantes exangues sint, ac proinde fri-

χρᾷ· τινὲς μὲν ἑτοίμως ὑπὸ ἐλαίου καταψύχεσθαί φασιν καὶ διὰ ταῦτ' ἀποθνήσκειν· ἔνιοι δ' ἐκθερμαινόμενα μὴ φέρειν τὴν εἰς τοὔναντίον μεταβολήν. καὶ δὴ καὶ ξηραινόμενα ἀμέτρως ἕτεροι διὰ τὸ φύσει προεξηράνθαι τῷ τῆς ἀμετρίας βλάπτεσθαι λόγῳ. ὑγραινόμενα δ' ἕτεροι τῇ πρὸς τὴν φύσιν αὐτῶν ἐναντιότητι. τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἐντόμων ζώων εἰς τοὐναντίον ἀλλήλοις ἐπιχειρεῖν αὐτοὺς, οὐδὲν ἂν ἴσως εἶναι θαυμαστόν· ὅτι δὲ κἀκ τῶν ἡμῖν αὐτοῖς συμβαινόντων εἰς ἑκάτερον (26) ἐπιχειροῦσιν, ἄξιον ἤδη θαυμάζειν. οἱ μὲν γὰρ μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον ἱδροῦν φάσκοντες, εἴ τις ἀλείφοιτο λουόμενος, οὐδ' οἱ μᾶλλον εἰπόντες ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις ὑπὲρ τῆς καθόλου δυνάμεως οὐδ' οἱ ἧττον. ἀλλὰ τῶν μὲν μᾶλλον ἱδροῦν φασκόντων ἡμᾶς ἔνιοι μὲν εἰς θερμότητα τὴν αἰτίαν ἀναφέρουσιν, ἔνιοι δ' εἰς γλισχρότητα· τὸ μὲν θερμὸν τῇ φύσει προκλητικὸν ἱδρώτων φάσκοντες ὑπάρχειν οἱ πρότεροι, τὸ δὲ γλίσχρον οἱ δεύτεροι, θηρατικόν τε καὶ ἀθροιστικὸν γιγνόμενον τῶν τέως ἀποῤῥεόντων ἐν τάχει καὶ διὰ τοῦτο λανθανόντων τὴν αἴσθησιν, ἐπίδηλον οὕτως ἐργάζεσθαι τὸ

inaequabiliter deficcat, id eft enim quod exafperat, fuerit fane omnino etiam terrenus. Siquidem aqueum corpus omnia aequabiliter penetrat atque pervadit, eique infeparabile eft, etiamfi divulfum fit, ut rurfum uniatur, at terreno corpori, quod in faporibus defertur, jam antea ineft divulfio, fimulque ut nunquam deinceps facile coëat. Quin fi ejus recordecris, quod utriusque fingulatim paffionis eft proprium, iisdem ipfum fubfcribet ac teftificabitur. Velox fiquidem acidorum faporum tranfitus in fentientibus partibus fieri confpicitur, acerborum autem tardus, tum acida quidem in alto magis agere apparent, in fuperficie autem acerba. Haec itaque omnia craffarum effe partium acerba indicant, acida vero tenuium. Multum ergo inter fe haec conveniunt, tum ea quae a rerum dicta funt effentia, tum ea quae per inductionem eorum, quae fenfu funt inventa. Porro nihilo deterius fuerit mentionem rurfum de nominum ufu facientes, haec quoque adjicere, nempe quod utraque adftringere dicantur, tum quae acerba funt tum quae auftera, fed in

καὶ ἧττον διαφέρει. καὶ μὴν καὶ ὅτι πολλαὶ τοῖς φαρμάκοις ὑπάρχουσι ποιότητες οὐ διάφοροι μόνον, ἀλλὰ καὶ μαχόμεναι πρὸς ἀλλήλας, ἐνίοτε δὲ καὶ παντάπασιν ὑπεναντίαι, δέδεικται μὲν ἔμπροσθεν αὐτάρκως, ἄρξασθαι δ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ νῦν ἀναγκαῖον. εἰ μὲν γάρ σοι φαίνοιτο γευομένῳ καὶ στρυφνὸν ἅμα καὶ δάκνον ταὐτὸ, τουτὶ μὲν ἀπολιπεῖν σε κελεύσω τὸ φάρμακον, ἔρχεσθαι δ' ἐπὶ τὸ στρυφνὸν ἄνευ τοῦ δάκνειν. εἰ δὲ μηδ' ὀξὺ φαίνοιτο, μηδὲ γλυκὺ, μηδὲ πικρὸν, ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα μίαν ἔχον ἄμικτον ποιότητα τὴν τῆς στύψεως, οὕτως ἤδη βασανίζειν αὐτὸ τῇ πείρᾳ καθ' ὃν πολλάκις ἔμπροσθεν ὑπεθέμην σοι τρόπον. ἐὰν γὰρ ἅμα τό τε στύφειν ἔχῃ καὶ τὸ δάκνειν ἤ τινα ἄλλην ἐναργῆ ποιότητα καὶ δύναμιν ἐπιμεμιγμένην τῇ στύψει, περιττὸν καὶ μάταιον εἰς πεῖραν ἄγειν τὸ τοιοῦτον φάρμακον, ἐπειδὰν δοκιμάζῃς ἐνέργειαν στύψεως. ἄδηλον γὰρ εἴτε διὰ τὴν στύψιν, εἴτε διά τινα τῶν ἀναμεμιγμένων αὐτῇ ποιοτήτων, εἴτε καὶ δι' ἀμφοτέρας ἐνήργησεν ὡδί πως περὶ τὸ πλησιάζον αὐτῷ σῶμα. χαλκῖτις οὖν καὶ μίσυ

majoris minorisque ratione inter se differant, tum quod multae insint medicamentis qualitates, non diversae tantum, sed et pugnantes, atque interim etiam omnino subcontrariae. Id quod retro satis ostensum est, caeterum ab eo nunc rursus ordiri necesse est. Nam si gustanti tibi idem adstringens et mordax appareat, id missum facias medicamentum jubeo, atque illud quaeras quod absque mordacitate adstringat. Ac si neque acidum appareat, neque dulce, neque amarum, sed quam fieri maxime possit unam possideat qualitatem a mixtione alienam, nempe adstrictionem, ita denique experientia examinabis, quomodo saepenumero faciendum ante proposui. Sin adstringit simul ac mordicat aut aliam quamvis qualitatem seu facultatem adstrictioni junctam habeat, frustra est ac supervacaneum, ubi adstrictionis actionem explorare consilium est, ad experimentum tale ducere pharmacum; incertum est enim num ob adstrictionem an ob aliam quampiam admixtarum illi qualitatum, an ob utrasque, sic in corpore sibi applicato egerit. Etenim chal-

Ed. Chart. XIII. [92. 93.] Ed. Bas. II. (44. 45.)

καὶ χάλκανθος καὶ λεπὶς χαλκοῦ καὶ σῶρυ, στύφοντά τε ἅμα καὶ δάκνοντα, δρᾷ μὲν κατ' ἀμφοτέρας τὰς ποιότητας εἰς ἕκαστον τῶν ὁμιλούντων σωμάτων, οὐ μὴν διδάξαι γε ἡμᾶς δύναται σαφῶς εἴτε διὰ τὴν στύψιν ἔχει (45) τὸ καίειν, εἴτε διὰ τὴν δριμύτητα. καταλιπεῖν οὖν ἄμεινον αὐτὰ καὶ γεύεσθαι πολλῶν ἐφεξῆς ἄλλων ἐπισκοπούμενον εἰλικρινῆ στύψιν ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτὴν ὡς οἷόν τ' ἐστὶ μάλιστα, κἄπειδὰν τοιαύτην εὕρῃς, οὕτως ἤδη κρίνειν τὸ φάρμακον αἷς πολλάκις ἔμπροσθεν ἤκουσας μεθόδοις, οἷον εἴ σοι γευομένῳ φαίνοιτο βαλαύστιον, ἢ κικὶς, ἢ κύτινος, ἢ ὑποκυστὶς, ἢ στρύχνος, ἢ γλαύκιον, ἢ ἀκακία, ἢ ῥοῦ χυλὸς, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἀκριβῶς μὲν εἶναι στρυφνὸν, ἔκδηλον δ' ἑτέραν ποιότητα μηδεμίαν ἔχον, ἐξετάζειν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἤδη καὶ βασανίζειν ἀκριβῶς ἐνέργειαν στύψεως. ἡ δὲ ἐξέτασις, ὡς εἴρηται πολλάκις, ἐπί τε τῶν ἐν ἀρίστῃ κατασκευῇ σωμάτων ἀκριβῶς ὑγιαινόντων, ἐπί τε τῶν ἁπλῶν γινέσθω σοι παθῶν, ἤτοι θερμῶν, ἢ ψυχρῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ὑγρῶν. [93] εἰ μὲν γὰρ αὐτό τε τὸ ὑγιαῖνον

citis, mify, chalcanthos, fori, aeris fquama, cum fimul adftringant et mordicent, fecundum utrasque qualitates in quovis admotorum corporum actionem exerunt, nec tamen docere nos aperte queunt, an ab adftrictione urendi vim habeant, an ab acrimonia. Mittere itaque illa praeftiterit et multa deinceps alia guftare, finceram feorfum adftrictionem intuentem, ac quoad fieri poffit per fefe exiftentem; ac ubi tandem quampiam repereris, ita denique medicamentum judicare iis methodis quas fupra a me frequenter audivifti. Utpote fi guftanti tibi balauftium, aut galla, aut cytinus, aut hypocyftis, aut folanum, aut glaucium, aut acacia, aut fuccus rhu, aut id genus aliud, exacte quidem effe appareat adftringens, nec ullam manifeftam habens aliam qualitatem, in hoc jam expendere ac diligenter explorare adftrictionis actionem oportet. Porro exploratio ipfa fieri, ut faepe diximus, debet tum in optima corporum conftitutione ad unguem fanorum, tum in fimplicibus affectibus feu calidis feu frigidis, feu humidis feu ficcis. Nam fi cor-

Ed. Chart. XIII. [93.] Ed. Baf. II. (45.)

σῶμα φαίνοιτο σαφῶς ἐμψῦχον, ἐπί τε τῶν θερμῶν ἁρμόττει παθῶν, ἐναργῆ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ κάμνοντι τὴν ψυχρὰν προσβάλλει ποιότητα, τολμᾷν ἤδη τι περὶ τῆς στύψεως ὡς ψυχούσης ἀποφαίνεσθαι. εἰ δ᾽ ἔμπαλιν ἔχον εὑρίσκοιτο καὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων ὑπ᾽ αὐτοῦ θερμαινομένων καὶ τῶν θερμῶν νοσημάτων παροξυνομένων καὶ τῶν ψυχρῶν ὠφελουμένων οὐ ψύχειν, ἀλλὰ θερμαίνειν ἡγεῖσθαι χρὴ τὸ τοιοῦτον φάρμακον. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν δριμέων αὐτῶν καθ᾽ ἑαυτὰ ποιεῖσθαι τὴν βάσανον, ἐπί τε κρόμμυον ἰόντα καὶ σκόροδον καὶ πέπερι καὶ πύρεθρον καὶ ζιγγίβερι καὶ στρούθιον, ἑλένιόν τε καὶ τίτανον. ὥσπερ γὰρ ὁ μίξας στρύχνου χυλῷ πέπερι δοκιμάζειν οὐδέτερον αὐτῶν ἱκανός ἐστιν, οὕτως οὐδ᾽ ὁ τὰ πρὸς τῆς φύσεως μεμιγμένα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀξιῶ σε καὶ τὴν ὀξεῖαν ποιότητα καὶ τὴν πικρὰν καὶ τὴν γλυκεῖαν ἐπισκέπτεσθαι σφοδρὰς καὶ μόνας ὡς οἷόν τ᾽ ἐστὶν εἰς τὴν δοκιμασίαν ἄγοντα καὶ τῇ πείρᾳ τὰς δυνάμεις αὐτῶν ἐξευρίσκοντα. τὸ δὲ πᾶν ὅ τι περ ἂν ᾖ στρυφνὸν, ἢ αὐστηρὸν, ἢ πικρὸν, ἄγειν εἰς πεῖραν, ὡς ἤτοι στρυφνότητος, ἢ αὐστη-

pus fanum manifefto refrigerare cernatur et calidis profit affectibus et evidentem quoque laboranti ipfi frigidam afferat qualitatem, audendum erit de adftrictione quod refrigeret pronunciare, fin contra appareat, fanaque ab eo corpora incalefcant et calidi affectus exafperentur frigidique juventur, non refrigerare, fed excalefacere medicamentum ejusmodi putandum eft. Eodem modo de acribus fumendum experimentum in caepis, allio, pipere, pyrethro, zinzibere, ftruthio, helenio, calce. Etenim quemadmodum qui folani fuccum piperi mifcuit, neutrum fatis explorare poteft, fic nec quae a natura funt mixta. Eundem in modum contemplandum de acida qualitate, de amara, de dulci cenfeo, vehementes nimirum et quae quantum licet folae fint in explorationem ducendo et experientia vires eorum fcrutando. Quippe quidvis te, quo modo fit aut acerbum aut aufterum aut amarum, in experimentum ducere, tanquam in eo acerbitatis, aufteritatis, vel amaroris facturum periculum, plane abfurdum arbitror. Nam fi unam duntaxat

Ed. Chart. XIII. [93.] Ed. Baf. II. (45.)

ρότητος, ἢ πικρότητος ἐν αὐτῷ βάσανον ληψόμενον ἄτοπον δεινῶς. εἰ γὰρ μιᾶς μόνης μετέχει ποιότητος, τὴν αὐτὴν τοῦ φαρμάκου πεῖραν ἕξεις καὶ τῆς ποιότητος· εἰ δὲ πλειόνων, ἐξ ἁπασῶν ἤδη δηλονότι μικτὴν ἐνέργειαν ἐνεργήσει τὸ φάρμακον, ὥσθ' ἡ τῆς μιᾶς τῆς κρινομένης ἔτ' ἄδηλος μένει. εἴπερ οὖν ὡς προείρηται χρὴ κρίνειν, οὐκ ὀρθῶς ὑπέλαβον οἵ τε μηδ' ὅλως ἀποφήνασθαί τι δυνατὸν εἶναι νομίσαντες ὑπὲρ τῆς τῶν χυμῶν δυνάμεως, οἵ θ' ἑτέρως τὴν κρίσιν ποιησάμενοι. καὶ γὰρ ἀποφήνασθαί τι δυνατὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἐστιν καὶ τὴν κρίσιν οὐκ ἄλλως ἢ ὡς εἴρηται νῦν προσήκει ποιεῖσθαι. εἰ μὲν οὖν ὅλως μηδὲν δεῖσθαι τῆς κατὰ τοὺς χυμοὺς ἐπισκέψεως εἰρήκεισαν, ἐπειδὰν τὰς δυνάμεις τῶν φαρμάκων ἐξετάζωμεν, ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ χωρὶς τούτων ἐξευρίσκειν τῇ πείρᾳ τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἐπῄνουν ἂν μᾶλλον ἢ ἐμεμφόμην αὐτούς. ἐπεὶ δ' ὡς ὑπὲρ ἀναγκαίου μὲν, ἀγνώστου δὲ διέρχονται, διχῇ μέμψασθαι τοὺς ἄνδρας δίκαιον, ὅτι τε τὸ μὴ ἀναγκαῖον ὑπέλαβον ὡς ἀναγκαῖον, ὅτι τε προαπέγνωσαν αὐτοῦ τῆς εὑρέσεως. ἡ γάρ τοι κρίσις ἑκάστου τῶν φαρμάκων τῆς

qualitatem possideat, idem erit medicamenti ipsius et qualitatis experimentum, sin multas, ex omnibus nimirum mixtam medicamentorum actionem edet, quare unius adhuc ejus, quae in judicium veniebat actio obscura et incerta permanet. Itaque si ut prius dictum est, judicare oporteat, non recte senserunt qui nihil prorsum pronunciari posse de saporum facultatibus existimarunt, quique aliter judicium ineundum censent, siquidem et de ipsis aliquid afferi potest, nec judicium aliter quam nunc est dictum iniri conveniat. Sane si id modo dixissent, plane opus non esse saporum consideratione, quum vires medicamentorum expendimus, nam absque his medicamentorum vires experientia invenire licet, laude illos potius quam vituperatione dignos putarem, verum ubi tanquam de re necessaria quidem illa, sed incomprehensibili disserunt, bis reprehendendos judico, tum quod rem non necessariam habeant pro necessaria, tum quod consequi eam se posse desperent. Nam facultatis medicamenti

δυνάμεως ἄνευ τῆς τῶν χυμῶν διαγνώσεως αὐτάρκως εὑρίσκεται τῇ πείρᾳ μόνῃ βασανιζομένῃ καθ' ὃν εἴρηκα μυριάκις ἤδη τρόπον. κἀγὼ νῦν, οὐχ ὡς οὐκ ἐνὸν ἄλλως ἐξευρεῖν τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ διά τε τὸ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἀκόλουθον, ἵν' ἐπιδείξαιμι πάντα τοῖς τῶν στοιχείων λογισμοῖς ἑπόμενα καὶ μηδὲν μηδαμόθι μαχόμενον, ἐξελέγξαιμί τε τοὺς ἅπαντα τὰ στύφοντα θερμαίνειν εἰπόντας, ἐπὶ τὸν περὶ τῶν χυμῶν ἀφικόμην λόγον. εὑρεθείη δ' ἄν τις αὐτοῦ καὶ χρεία πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ἡμῖν πραγματείαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπιδεῖξαι πειράσομαι· νυνὶ δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπάνειμι, παρακελεύομαί τε τῆς ἀληθείας ὀρεγομένοις, αὐτοῖς γενομένοις ἁπάντων τῶν στυφόντων, ὥσπερ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, ὅταν εὕρωσιν ἀκριβῶς κατά τι σῶμα τὴν στύψιν, ἄμικτον ὡς οἷόν τε μάλιστα τῶν ἄλλων ποιοτήτων, τηνικαῦτα διὰ τῆς πείρας ἐξετάζειν εἴτε θερμὸν, εἴτε ψυχρὸν, εἴτε ξηρὸν, εἴτε ὑγρὸν ὑπάρχει τὸ τοιοῦτον σῶμα. τουτὶ μὲν οὖν ἕκαστος, ἄν περ σωφρονῇ, ποιήσει καταμόνας αὐτός. ἐμοὶ δ' ἀναγκαῖον ἴσως

cujusvis judicium abunde citra faporum dignotionem fola reperitur experientia eum in modum habita, quem fexcenties jam antea pofui. Atque ego fane non, quafi aliter inveniri quod inveftigatur non poffet ad fermonem de faporibus defcendi, fed partim propter eam, quae ad principia eft, fequelam, ut videlicet oftenderem omnia ad alimentorum rationes confequi, nec quicquam usquam inveniri pugnans, partim vero etiam ut illos coarguerem, qui adftringentia omnia excalefacere contendunt. Quinimo fuerit etiam nonnullus ejus ad praefens negocium ufus. Sed haec poftea monftrare conabor. At nunc ad rem propofitam revertor et hortor qui veritatis funt amatores, ut ipfimet adftringentia omnia deguftent, uti nos fecimus, ac ubi invenerint aliquo in corpore perfectam adftrictionem, quoad liceat, ab aliarum qualitatum mixtione alienam, tum denique experientia expendere tentent, frigidum fit an calidum, humidum an ficcum, corpus ejusmodi. Sed hoc quisquis fapiet feorfum ipfe faciet. Ego vero, ut aliquid de mea

ἀποφαίνεσθαί τι περὶ τῆς ἐμαυτοῦ πείρας ἐν μὲν τῷ νῦν ἐνεστῶτι λόγῳ καθόλου, κατὰ μέρος δὲ διὰ τῶν ἑξῆς ὑπομνημάτων. εἴη δ' ἂν ὁ μὲν καθόλου λόγος ὑπὲρ ἁπάντων τοιόσδε. [94] Πᾶν στῦφον σῶμα, τό γε τῶν ἄλλων καθαρεῦον, ὥσπερ πρὸς τὴν αἴσθησιν ποιοτήτων, εὗρον ἀεὶ πειρώμενος ψυχρόν. ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐπιμίκτων ταῖς ποιότησιν ἔνια, τά τε μετρίως γλυκέα καὶ πικρὰ καὶ δριμέα, σαφῶς εὑρέθη ψύχοντα, κρατούσης γὰρ ἐν αὐτοῖς δηλονότι τῆς τοῦ στύφειν τε καὶ ψύχειν δυνάμεως, ὡς ἀμαυροῦσθαι τὰς ἄλλας. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὰ ὀξέα πάντα, τά θ' ἁπλῶς ὀξέα, καθάπερ ὀξαλίδα καὶ ὀξυλάπαθον, ἔνιά τε τῶν ἐπιμίκτων ἑτέραις ποιότησιν, ἤτοι γλυκείαις ἢ δριμείαις ἢ πικραῖς, οὐδὲν ἧττον εὑρίσκεται ψύχοντα καὶ ῥοιαὶ καὶ μῆλα καὶ κοκύμηλα καὶ σταφυλαὶ καὶ σῦκα καὶ συκάμινα καὶ κεράσια καὶ αὐτὸ τὸ ὄξος. ἀλλὰ τούτῳ μὲν, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἐπιμέμικταί τις δριμύτης, ταῖς δ' ὀπώραις γλυκύτητές τε καὶ στρυφνότητες, καί τισιν φυτῶν καὶ πικρότητες ἀμυδραί. καὶ μέντοι καὶ

afferam pronunciemque, experientia fortaffis neceffarium fuerit, atque in hoc quidem libro in genere, fingillatim autem in commentariis fequentibus. Fuerit autem generalis de omnibus fermo ejusmodi. Corpus omne adftringens ab aliis, quod fenfu animadverti poffet, qualitatibus fincerum perpetuo comperi experiendo refrigerare. Quin etiam nonnulla ex iis, quae qualitatibus mixta erant, nempe quae modice dulcia, aut amara, aut acria, aperte quoque refrigerantia reperi, fcilicet quum in eis adftringendi refrigerandique facultas ita vincerent, ut alias obfcurarent. Eadem ratione acida universa, tum ea quae fimpliciter acida effent, ficut oxalida et oxylapathum, tum mixtis quoque aliis qualitatibus quaedam five dulcibus, five acribus, five amaris, nihilo fecius refrigerantia expertus fum, qualia funt mala punica, mala, pruna, uvae, mora, ficus, cerafa, ipfumque adeo acetum. Sed huic, ut fupra dictum eft, permixta eft quaedam acrimonia, fructibus autem dulcedines quaedam et acerbitates, quibusdam vero etiam amarores quidam obfcuri ac

ὅσα στύφει τε ἅμα καὶ ὀξέα ταῖς ποιότησίν ἐστιν, ἅπαντα καὶ ταῦτά μοι εὑρέθη πειρωμένῳ σαφῶς ψύχοντα· τὰ δὲ γλυκέα μόνον ἅπαντα κατὰ τὸ ποσὸν τῆς γλυκύτητος εὐθὺς καὶ τῆς θερμότητος μετέχειν, ὥστ' οὐδὲν μὲν τῶν λίαν γλυκέων ψυχρόν· εἴη δ' ἄν τι καὶ μετρίως γλυκὺ ψυχρὸν, ἐπειδὰν τὸ πλεῖστον αὐτοῦ τῆς τοῦ σώματος οὐσίας ὑδατῶδες ᾖ, οὐ μὴν οὕτω γε ψυχρὸν, ὡς τὸ στρυφνὸν ἱκανῶς ἢ τὸ ὀξὺ, ἀλλ' ὡς καὶ πρόσθεν που λέλεκται περὶ τῶν χλιαρᾶς θερμασίας μετεχόντων. καὶ τὰ πικρά γε πάντα θερμὰ, καθάπερ ἥ τε χολὴ καὶ τὸ νίτρον καὶ οἱ πάνυ παλαιοὶ τῶν οἴνων καὶ τῶν σπερμάτων μυρία. καὶ γὰρ τὸ τοῦ πηγάνου καὶ μάλιστα τὸ τοῦ ἀγρίου καὶ τὸ τοῦ τορδύλου καὶ τὸ τοῦ σπονδύλου καὶ τὸ τοῦ μελανθίου καὶ οἱ θέρμοι καὶ μᾶλλον οἱ ἄγριοι καὶ οἱ ὄροβοι, καὶ τούτων οἱ ἄγριοι μᾶλλον, ὅ τε προσαγορευόμενος πελεκῖνος. εὑρίσκεται δὲ ἐν τοῖς πυροῖς. ἀμυγδαλαῖ τέ τινες, αἳ δὴ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο προσαγορεύονται πικραὶ, καὶ σικύων ἄττα σπέρματα καὶ τὸ τοῦ μήλου τοῦ Μηδικοῦ, καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα μυρία πικρὰ φαίνεται τοῖς γευομένοις.

leves. Tum item quae adftringunt pariter atque acida funt, ea omnia quoque manifesto refrigerare experientia cognovi. Sola vero dulcia omnia pro dulcedinis modo protinus etiam calorem continent, quocirca eorum quae admodum dulcia funt nullum omnino eft frigidum. Fuerint tamen quaedam modice dulcia itidem frigida, fcilicet quando plurima corporis ipfius fubftantia aquea extiterit, fed non adeo tamen frigida, ut id quod valde acerbum eft aut acidum, fed ficut alicubi retro diximus de illis quae tepidum calorem poffident. Porro amara omnia calida funt, ut bilis, nitrum, vina valde vetufta, ac numerofa feminum copia. Nam et femen rutae, potiffimum filveftris, et tordili et fpondyli, melanthiique et lupini magisque agreftes, orobi, et inter hos potius agreftes, quique a fecure pelecinus nuncupatus eft, reperitur autem in tritico, amygdalae quaedam quae ob id ipfum amarae vocitantur, cucumerum quaedam femina et femen mali medici et ad haec infinita alia amara apparent guftantibus.

Κεφ. η΄. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν πικρῶν ἐπὶ πλέον ἐφεξῆς εἰρήσεται. τὸν δὲ περὶ τῶν στυφόντων καὶ ὀξέων αὖθις ἀναλαβόντες λόγον ἐπιθῶμεν ἤδη τὴν προσήκουσαν αὐτῷ τελευτήν. τὸ τοίνυν αὐστηρὸν, ὅτι μὲν ἐκλελυμένον ἐστὶ στρυφνὸν ἀναμνησθῆναι χρὴ τῆς αἰσθήσεως. ἥτις δὲ ἡ γένεσις αὐτοῦ, νῦν εἰρήσεται. ἐπειδὴ τὸ στρυφνὸν σῶμα γεῶδές τε καὶ ψυχρὸν ἦν, ἐκλυθήσεται κατ᾽ ἀνάγκην τριχῶς, ἢ θερμαινόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ συναμφότερον ἅμα πάσχον. ἂν μὲν οὖν θερμαίνηται μόνον, οὐκ ἔστι μὲν οὔθ᾽ ὑγρότερον οὔτε μαλακώτερον, ἀλλὰ σκληρὸν μένον ἐπικτήσεται γλυκύτητα, καθάπερ αἱ τῶν δρυῶν βάλανοι καὶ μάλιστα αἱ ὀνομαζόμεναι καστανεῖαι. ἐὰν δ᾽ ὑγραίνηται μόνον, ἐὰν μὲν παχυμερὴς (46) καὶ ὑδατώδης ἡ ὑγρότης, αὐστηρὸν ἀποτελεσθήσεται. παντὸς γὰρ χυμοῦ δύναμιν ἡ ὑδατώδης ὑγρότης ἀμβλύνει. ἐὰν δὲ λεπτομερής τε καὶ ἀερώδης, ὀξύνει, δέδεικται γὰρ ὡς τὸ λεπτομερὲς ψυχρὸν ὀξεῖαν ἀπεργάζεται ποιότητα. ἂν δὲ ὑγραίνηταί τε ἅμα καὶ θερμαίνηται, μετὰ μὲν ὑδατώδους ὑγρότητος εἰς γλυκύτητα τὴν μετάπτωσιν ἕξει, μετὰ δ᾽ ἀερώ-

Cap. VIII. Sed infra copiofius de amaris agemus. Nunc rurfum refumpto de adftringentibus atque acidis fermone, convenientem ei finem imponamus. Ergo aufterum, quod fit acerbum exolutum, fenfum ad memoriam revocare oportet. At quae fit ejus generatio nunc dicam. Quandoquidem corpus acerbum terreum eft ac frigidum, tripliciter neceffario exolvitur, aut incalefcens, aut humefcens, aut utrunque fimul perpetiens. Itaque fi calefcat duntaxat, id nec humidius eft nec mollius, fed durum manens folam acquiret dulcedinem, velut quercinae glandes, ac potiffimum quae vocantur caftaneae. Sin tantum humefcat, fiquidem ea craffarum fit partium et aquea humiditas, aufterum evadet, cujusque enim faporis vires aquea retundit ac hebetat humiditas. Si vero tenuium partium et aërea fit, acefcet; oftenfum namque eft frigidum fubtile acidam efficere qualitatem. At fi pariter et humefcat et calefiat, humiditate quidem aquea in dulcedinem, aërea vero tranfibit in pin-

δους εἰς λιπαρότητα. καὶ πρόδηλον ἤδη γέγονεν ὅπως οἱ καρποὶ κατ' ἀρχὰς ὄντες στρυφνοὶ, προϊόντος τοῦ χρόνου τινὲς μὲν ἀκριβῶς γίνονται γλυκεῖς, τινὲς δὲ ὀξεῖς, τινὲς [95] δ' αὐστηροὶ, τινὲς δ' ἀεὶ μένουσι στρυφνοὶ, τινὲς δ' ἀποτελοῦνται λιπαροί· καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰς τῶν εἰρημένων ποιοτήτων ἐπιμιξίας παμπόλλην ἔχουσι τὴν ποικιλίαν. στρυφνὸς μὲν οὖν ἄχρι τέλους ἐστὶν ὁ τῆς πρίνου καὶ κομάρου καὶ φηγοῦ καὶ κρανίας, ὅτι καὶ ψυχρὸς καὶ ξηρὸς οἷός περ ἦν ἐξ ἀρχῆς παραμένει, μόνον μὲν αὐξανόμενος, οὐδεμίαν δὲ μεγάλην ἀλλοίωσιν ἑτέραν ἐπικτώμενος. ἔστι γὰρ καὶ αὐτὰ ταῦτα τὰ δένδρα πυκνότερά τε ἅμα καὶ ξηρότερα καὶ ψυχρότερα. στρυφνὸς δὲ ἅμα καὶ γλυκὺς ὅ τε τῆς μυρσίνης καὶ ὁ τῆς ἀχράδος καὶ ὁ τῆς δρυὸς, καὶ πλέον μὲν γλυκὺς ἢ στρυφνὸς ὁ τῆς καστανείας ὀνομαζόμενος· αὐστηρὸς δὲ μόνον ὁ τῶν ἀμιναίων ἀμπέλων καὶ καρπὸς καὶ οἶνος, ὅσοι τε παραπλήσιοι τοῖσδε. αὐστηρὸς δὲ ἅμα καὶ γλυκὺς ὁ τῆς φοίνικος καρπὸς καὶ τῶν οἴνων ὁ Σουῤῥεντῖνος καὶ ὁ Σαβῖνος καὶ ὁ Ἀλβάτης ὀνομαζόμενος, ὅσοι τε ἄλλοι τοιοῦτοι. γλυκὺς δὲ μόνον ὁ Θήραιός τε

guedinem. Perſpicuum ergo hinc jam evaſit, quo pacto fructus principio acerbi quum ſint, proceſſu temporis quidem plane dulceſcant, quidam aceſcant, nonnulli fiant auſteri, aliqui etiam acerbi permaneant, tum quidam etiam pingues reddantur. Et ſane ſecundum propoſitarum qualitatum mixturas variam ſortiuntur mutationem. Acerbus ad extremum perſeverat fructus ilicis, arbuti, fagi, corni, ſiquidem frigidus ſiccusque, qualis erat ab initio, permanet, tantummodo mole increſcens, nulla praeterea magna accedente alteratione, nam et arbores ipſae tum denſiſſimae ſunt, tum ſicciſſimae ac frigidiſſimae. Acerbus ſimul et dulcis myrti fructus eſt, et pyri agreſtis ac roboris. Magis tamen dulcis quam acerbus fructus caſtaneae quem nominant. Tantum auſterus vitis amineae tum fructus tum vinum, ac quotquot his ſimilia ſunt. Auſterus unaque dulcis fructus palmae, et inter vina Surrentinum, Sabinum, Albates, ut vocant, et quae ejus ſunt generis. Solummodo dulce, The-

Ed. Chart. XIII. [95.] Ed. Baſ. II. (46.)

καὶ ὁ Σκυβελλίτης καὶ τὰ σίραιον, ὅσα τ' ἄλλα τούτοις ἔοικεν. λιπαρὸς δ' ἅμα καρπὸς καὶ χυλὸς ἀκριβῶς μὲν ὁ τῆς ἐλαίας ἐστὶν, ἤδη δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐξ ὧν ἔλαιον σκευάζεται, οἷον ὅ τε τοῦ κίκεως καὶ ὁ τῆς ῥαφανῖδος, καὶ τὰ σήσαμα δὲ αὐτὰ καὶ τὰ κάρυα καὶ τὰ ἀμύγδαλα. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα παλαιούμενα τελέως γίνεται λιπαρὰ, τῆς μὲν ὑδατώδους καὶ περιττωματικῆς ὑγρότητος ἐν αὐτοῖς ἀποπνεούσης, τῆς δ' οἰκείας ὑπὸ τοῦ συμφύτου θερμοῦ κατεργαζομένης τε καὶ ἀκριβῶς ἐκπεττομένης.

Κεφ. θ'. Ὅσοι μὲν οὖν τῶν καρπῶν ἐλαιώδεις γίγνονται μόνον, ἐδώδιμοί τέ εἰσι καὶ γλυκεῖς. ὅσοις δ' ἐν τῇ μεταβολῇ προσγίνεταί τις πικρότης, ἄβρωτοι καθίστανται. τὸ γὰρ πικρὸν ἅπαν ἄβρωτόν ἐστι καὶ γίγνεται δι' ὑπερβολὴν θερμασίας, ὡς ἐφεξῆς ἀποδείξομεν. ἀλλὰ τὸ μὲν γλυκὺ πᾶν θερμόν τέ ἐστι καὶ οὐκ ἀμέτρως ὑπερβάλλει τὴν ἐν ἡμῖν θερμότητα, ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν, οὗ ψαύοντες ἡδόμεθα, καὶ μάλισθ' ὅταν ὦμεν ἐῤῥιγωκότες, ἄχρι μὲν τοῦ διαχεῖν τὰ πεπηγότα πρὸς τοῦ ψυχροῦ μόρια τοῦ σώματος

raeum et Scybeliticum et ſiraeum et alia quaecunque cum iſtis conveniunt. Pinguis exacte tum fructus tum ſuccus oleae, tum etiam alii omnes ex quibus oleum conficitur, ſicut ricini, raphanidis et ipſa ſeſama nuceſque et amygdala. Nam id genus omnia vetuſtate prorſum efficiuntur pinguia, quippe in quibus aquea quidem excrementitiaque humiditas digeritur, propria vero a colore nativo elaboratur atque exacte concoquitur.

Cap. IX. Quicunque ergo fructus oleoſi ſunt ſolummodo, edendo ii ſunt et dulces, quibus vero dum alterantur amaror quidam advenit, ii edi non poſſunt. Quippe amarum omne eſui ineptum eſt, taleque efficitur a caloris exceſſu, ſicuti poſtea docebimus. Verum dulce omne calidum eſt, nec immodice calorem noſtrum exuperat, imo ſicut aqua calida, cujus contactus voluptati eſt, maxime ubi frixerimus, hactenus videlicet nos excalefaciens, dum

ἐκθερμαῖνον ἡμᾶς, οὐ μὴν διαλῦόν γε οὐδὲ τέμνον αὐτῶν τὸ συνεχὲς καὶ διϊστῶν, ἥδιστόν ἐστι καὶ ὠφελιμώτατον. οὕτω καὶ πᾶν ἔδεσμα γλυκὺ θερμὸν μὲν ὑπάρχει πάντως, οὐ μὴν ἐπὶ πλέον γε ἥκει θερμότητος ὡς ἀνιᾷν, ἀλλ' ἐν τοῖς ὅροις μένει τοῦ διαχέοντος καὶ ὁμαλύνοντος καὶ μαλάττοντος. ἀναμνήσθητι δὲ πάλιν κἀνταῦθα τῶν πολλάκις ἡμῖν ἔμπροσθεν εἰρημένων, ὡς τινὰ μὲν ἤτοι κατὰ μίαν ἢ δύο ποιότητας ἐνεργεῖ τε καὶ πάσχει πρὸς ἄλληλα, τινὰ δὲ καθ' ὅλας ἑαυτῶν τὰς οὐσίας, ἐν οἷς καὶ φάρμακα μὲν οὐκ ὀλίγα καὶ τὰς τροφὰς δὲ πάσας ὑπάρχειν ἔφαμεν. ἔοικε δὲ διττὸν εἶναι τὸ γένος αὐτῶν, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐπεσημήνατο. τινὲς μὲν γάρ εἰσι λιπαραὶ, καθάπερ ἡ πιμελὴ, τινὲς δὲ γλυκεῖαι μᾶλλον ἢ ἧττον, ὥσπερ οἵ τε καρποὶ πάντες οὓς ἐσθίομεν, αἵ τε τῶν ζώων σάρκες, ἤδη δὲ καὶ βοτάναι πολλαὶ καὶ ῥίζαι καὶ ἄνθη καὶ βλαστοί. καὶ γάρ εἴ τι τῶν τοιούτων στρυφνόν ἐστιν, ὥσπερ αἱ ἀχράδες καὶ κράνια. πάντως μέντοι καὶ αὐτὸ μετέχει γλυκύτητος, εἴπερ γε μὴ ἀκριβῶς ἐστι στρυφνὰ, καθάπερ ἡ κικίς τε καὶ ὁ ῥοῦς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ ταῦτα ἤδη καὶ ὡς φαρ-

concretas frigore in nobis particulas fundat, non tamen solvat aut secet distrahatve continuum, ea, inquam, ut summa afficit voluptate ac utilissima est, sic omne edulium dulce calidum sane omnino est, sed non tantum calore excedit, ut is laedat ac molestus sit, sed inter limites se continet fundentis, laevigantis ac mollientis. Rursum mihi hic memoria repete quae saepe ante dixi, quaedam esse quae vel una vel duabus in sese qualitatibus et agunt et patiuntur, quaedam vero quae totis substantiis suis, quorum in numero et medicamenta non pauca dixi et nutrimenta universa. Horum duplex esse genus apparet, prout significavit et Theophrastus. Nam quaedam sunt pinguia, velut pinguedo, quaedam dulcia magis minusve, velut fructus omnes quibus vescimur et animalium carnes, tum herbae item multae ac radices, floresque et germina. Nam tametsi sunt inter ea quaedam acerba, sicut pyra sylvestria et corna, omnino tamen dulcedine participant, nisi summe sint acerba, velut galla, rhus; verum

μάκων μᾶλλον ἢ τροφῆς αὐτῶν ἡ χρεία. φαίνονται γοῦν αἵ τε κιττῶσαι καὶ οἱ πεπληρωμένοι καὶ οἷς ὁ στόμαχος ἔκλυτος, ἀπογεύεσθαι τῶν τοιούτων ὀρεγόμενοι, πεινῶντες δ᾽ ἔμπαλιν ἀποστρέφονται μὲν καὶ τὰ στρυφνὰ καὶ τὰ ὀξέα, προσίενται δὲ τά τε γλυκέα καὶ τὰ λιπαρὰ καὶ τούτων ἐπιπλησθῆναι ποθοῦσιν.

Κεφ. ί. [96] Ἔστι δὲ δήπου καὶ τὸ λιπαρὸν αὐτὸ γλυκὺ, καὶ τὸ τρέφον δὲ πᾶν ἐκ τοῦ γένους ἐστὶ τῶν γλυκέων. καὶ τοῦτ᾽ εὐλόγως αὐτοῖς ὑπάρχει καὶ κατ᾽ αὐτὴν ὡς οἷόν τέ ἐστι τὴν οὐσίαν τῆς τροφῆς. ἀναπλήρωσις γάρ ἐστι τοῦ κενωθέντος ἡ θρέψις. οἰκεῖον δὲ ἦν τὸ κενωθὲν, ὥστε καὶ τὸ τρέφον οἰκεῖον ὑπάρχειν ἀναγκαῖον. εἰ δ᾽ οἰκεῖον, εἶναι ἀνάγκης ἡδὺ καὶ φίλιον, εὐθὺς δὲ καὶ συμμέτρως θερμὰν ὡς πρὸς τὸ τρεφόμενον. ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ τε τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον οὐκ ὀλίγον, ὅτι μηδ᾽ ἀκριβῶς κατὰ φύσιν ἔχοντες ἐπὶ τὰς τροφὰς ἀφικνούμεθα. μόνον μὲν γὰρ χρὴ κεκενῶσθαι τὸ σῶμα τῶν τῆς τροφῆς δεομένων, εἰ μέλλοιεν εὐγνώμονες

ob haec jam pro medicamentis iis magis quam pro cibis utimur. Apparent enim quae pica laborant mulieres, quique impleti ſunt et quibus exolutus eſt ſtomachus, ea appetere deguſtare, alioqui ſi eſuriant, contra reſpuunt potius tum acerba tum acida, expetunt autem ac ſumunt quae dulcia ſunt et pinguia hisque expleri deſiderant.

Cap. X. Eſt autem fortaſſis et pingue ipſum dulce et quicquid nutrit ex genere eſt dulcium. Evenit autem id illis non abs re, ſed ſecundum ipſam quantum fieri poteſt nutrimenti ſubſtantiam, quippe nutritio eſt evacuati repletio. Atqui quod evacuatum eſt familiare erat, quamobrem et quod nutrit familiare ſit neceſſe eſt. Porro ſi familiare, neceſſario jucundum amicumque fuerit, protinus etiam ut ad id quod nutritur moderate calidum. Sed in hoc non parva eſt majoris minorisque ratio, quando nimirum nec ad cibos accedimus plane ſecundum naturam affecti, ſolum enim corpus eorum qui cibum deſiderant, inanitum ſit oportet, ſi exacti ſuturi ſint familiaris

Ed. Chart. XIII. [96.] Ed. Baf. II. (46.)

ἀκριβεῖς ἔσεσθαι τῆς οἰκείας αὐτῶν ποιότητος. ἂν δὲ πρὸς τούτῳ θερμότεροι τοῦ δέοντος, ἢ ψυχρότεροι γενηθῶσιν, ἢ τὸ σύμπαν σῶμα, ἢ τοὺς περὶ τὴν γλῶτταν ἢ τὴν γαστέρα τόπους, οὐ τῶν θρεψόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἤτοι ψυχόντων, ἢ θερμαινόντων δεήσονται. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῶν σιτίων ἄλλοτε ἄλλο τοῖς τοιούτοις ἥδιον φαίνεται. διττοῦ γὰρ ὄντος τῷ γένει τοῦ ἡδέος, ἑτέρου μὲν τοῦ τὸ κεκενωμένον ἀναπληροῦντος, ὅπερ ἦν ἡ τροφὴ, ἑτέρου δὲ τοῦ τὸ ἠλλοιωμένον ἐξιωμένου, φάρμακον δ' ἤδη τοῦτο συμβαίνει τοῖς ἐδέσμασιν, ὅταν μὴ μόνον τοῖς σώμασι κεκενωμένοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ποιότητα μεταβεβλημένοις προσφέρηται, κατὰ διττὸν ἡδύνεσθαι ἤδη τρόπον, ὡς τροφαῖς τε ἅμα καὶ φαρμάκοις. ἀλλ' ὡς μὲν φάρμακα ψύχοντά τινα καὶ θερμαίνοντα καὶ ξηραίνοντα καὶ ὑγραίνοντα κατὰ λόγον ὀνήσει τε ἅμα καὶ ὠφελήσει, ὡς τροφαὶ δὲ μόνα τὰ σύμφυλα καὶ οἰκεῖα ταῖς ὅλαις τῶν τρεφομένων οὐσίαις. εὐθὺς τούτοις ὑπάρχει δηλονότι συμμέτρως εἶναι θερμοῖς, ὡς πρὸς τὰ τρεφόμενα. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἐδεσμάτων

ipforum qualitatis cognitores. Nam fi praeter id calidiores quam conveniat, aut frigidiores evaferint, feu toto corpore feu pertinentibus ad linguam ac ventrem locis, non folum quae nutriant, verum etiam quae refrigerent aut excalefaciant poftulabunt. Proinde fane cibi quoque illi alias alii videntur jucundiores. Nam quum duplex fit genere jucundum, alterum quod impleat id quod evacuatum eft, cujusmodi eft nutrimentum, alterum quod medatur ei quod alteratum eft, id quod jam medicamentum eft, evenit utique cibis, ubi non modo vacuatis exhibentur corporibus, fed etiam qualitate aliqua mutatis, ut duobus nominibus delectent, ut cibi fcilicet et ut medicinae. Sed ut medicamenta quidem refrigerando quaedam et excalefaciendo et exiccando et humectando, ex ratione juvabunt et proderunt, ut nutrimenta vero fola ea quae cognata funt et familiaria totis nutriendorum fubftantiis. Protinus vero iftis adeft, ut moderate fcilicet fint ad ea quae nutriuntur calida. Quamobrem nec eduliorum, nec

καὶ τῶν φαρμάκων οὐχ ἓν εἶδος ἅπασι τοῖς ζώοις ἐστί. κατὰ γὰρ τὴν οἰκείαν ἕκαστον αὐτῶν οὐσίαν τε ἅμα καὶ διάθεσιν ἥδεταί τε καὶ ὠφελεῖται πρὸς ἀμφοῖν· ἀλλ' εἴπερ οὕτω ταῦτ' ἔχει, τὸ μὲν ἧττον γλυκὺ τῶν ἐδεσμάτων ἧττον ἔσται καὶ θερμὸν, τὸ δὲ μᾶλλον γλυκὺ τοσούτῳ θερμότερον, ὅσωπερ καὶ γλυκύτερον. εἰ δ' εἰς ἀμετρίαν ἐμπέσοι θερμότητος, οὐδὲ γλυκὺ τὸ τοιοῦτο, ἀλλ' ἤδη φαίνεται πικρὸν, ὥσπερ τό τε μέλι παλαιούμενον καὶ καθεψόμενον, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων γλυκέων.

Κεφ. ια'. Ὡς γὰρ ὑπὸ συμμετρίας θερμοῦ διττῇ ἑκάστῳ τῶν σωμάτων ἡ γλυκύτης ἐγγίνεται· τὰ μὲν γὰρ οἰκείῳ τε καὶ συμφύτῳ θερμῷ γλυκέα, τὰ δὲ ἐπικτήτῳ· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ πικρὰ, τὰ μὲν ἀμέτρως ὑφ' ἑαυτῶν ἐκθερμαινόμενα κατὰ τὰς ἐν τῷ χρόνῳ μεταβολὰς, ἔνια δ' ὑπὸ τῆς ἐπικτήτου θερμασίας ἐκπυρούμενα πάσχει τοῦτο. περὶ μὲν δὴ τῶν πικρῶν ἐφεξῆς ἐροῦμεν. ἅπαντα δὲ τὰ γλυκέα τῇ μὲν θερμότητι πλησίον ἥκει τῶν σωμάτων οἷς φαίνεται γλυκέα, κατὰ διττὸν δὲ τρόπον, ὡς εἴρηται, γίνεται

medicamentorum una eft animantibus omnibus fpecies; fiquidem pro fua quaeque familiari fubftantia fimul et affectione tum delectantur tum juvantur ab utrisque. Sed fi haec fic habent, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoque erit calidum, quod dulcius, tanto nimirum erit calidius, quanto videlicet dulcius. Sin ad immodicum recidat calorem, nec ejusmodi dulce erit, fed jam amarum apparebit, velut mel vetuftum atque decoctum itidemque aliorum dulcium unumquodque.

Cap. XI. Etenim ut a moderato calore bifariam cuique corpori dulcedo provenit: partim enim funt proprio et infito calore dulcia, partim vero afcititio: ad eundem modum amara. Alia enim funt, quae fuapte natura immoderate excalefaciunt per eas, quae temporis fpatio eveniunt, mutationes, aliis autem id accidit ab acquifititio calore accenfis. At de amaris poftea dicetur. Caeterum dulcia calore proxime accedunt ad ea, quibus apparent dulcia. Fiunt autem talia, ut dictum eft, bifariam:

τοιαῦτα· τινὰ μὲν οἰκείῳ θερμῷ, καθάπερ τὸ μέλι, τινὰ δὲ ἐπικτήτῳ, καθάπερ (47) ἅπαντα τὰ διὰ πυρὸς σκευαζόμενα. [97] καὶ διὰ τοῦτό περ, ἄχρις ἂν ᾖ θερμὰ, μέχρι τοσοῦδε καὶ ἡδίω φαίνεται τοῖς ἀναθρέψεως δεομένοις. ἔοικε δὲ καί τι γλεῦκος οὐκ οἰκείᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικτήτῳ θερμασίᾳ φαίνεσθαι γλυκύ. πολὺ γὰρ, ὡς καὶ Θεόφραστος καὶ Ἀριστοτέλης ἔλεγε, τὸ ἐκ τῆς ἡλιακῆς θερμασίας οἷον ἐμπύρευμά τι ταῖς τε ῥαξὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει καρποῖς, ὑφ᾽ οὗ τὸ ὑδατῶδες ἐν αὐτοῖς ἔτι καὶ οἷον ἡμίπεπτον, εἰς πέψιν ἄγεται καὶ κατεργάζεται τῷ μεταβάλλοντι συνεξομοιούμενον, ὥστε κἂν ἀποθλίψῃς τὸν χυλὸν ὀπώρας ἡστινοσοῦν, εὑρήσεις μὲν εὐθέως ζέοντα καθάπερ τὸ γλεῦκος, ἐν δὲ τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον διαφέρουσαν τὴν ζέσιν εἰς ὅσον ἂν καὶ ὁ καρπὸς τοῦ καρποῦ διαφέρει θερμότητος. μεταβληθέντος δὲ καὶ κατεργασθέντος τοῦ ὑδατώδους τε καὶ ἡμιπέπτου καὶ τῆς τὴν ζέσιν ἐργαζομένης θερμασίας διαπνευσάσης, αἱ τῶν χυλῶν οἰκεῖαι φαίνονται ποιότητες εἰλικρινεῖς, ὥστε καὶ τοὺς οἴνους τηνικαῦτα διαγινώσκομεν ὁποῖοί τινές εἰσι κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν φύσιν. ἐν

quaedam proprio calore, ut mel, quaedam afcititio, ut funt omnia quae ab igne praeparantur, ac proinde dum calida funt fuaviora iis, quibus opus eft inftauratione apparent. Porro muftum non fuo modo, fed et acquifititio calore dulce effe videtur. Multum enim ceu ardoris veftigia, ut Ariftoteles et Theophraftus cenfuere, ex folari calore tum acinis tum aliis ineft fructibus, a quo id quod illis aqueum ac velut etiamnum femicoctum reliquum eft ad concoctionem ducitur conficiturque, ac transmutanti fimile redditur. Nam ex quibuscunque pomis, fi fuccum exprimas, eum protinus non fecus atque muftum fervere deprehendes, tanto tamen fervoris difcrimine, quanta erit unius fructus ab alio in calore diverfitas. Sed ubi jam quod aquofum ac femicoctum erat transmutatum fuerit atque confectum, et is qui fervorem concitabat calor evanuerit, jam tum denique quae propriae funt fuccorum proprietates fincerae confpiciuntur. Itaque tunc quae pro-

ᾧ δὴ καὶ προσέχειν σε μάλιστα τὸν νοῦν ἀξιῶ, τῷ πάντας τοὺς αὐστηροὺς κατα βραχὺ παύεσθαι τοιούτους ὄντας. ἀεὶ γὰρ παλαιούμενοι δριμύτητα μέν τινα καὶ γλυκύτητα ἐπικτῶνται, τὴν δ' ἔμπροσθεν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς στύψιν ἀποβάλλουσι τῷ χρόνῳ. ἔστι μὲν δὴ μετὰ τὴν ζέσιν ἔν τισι τῶν οἴνων γλυκύτης εἰλικρινὴς ἡδεῖά τε ἅμα καὶ οἰκεία τῆς αὐτοῦ τοῦ χυλοῦ φύσεως, οὐχ ὥσπερ ἡ πρόσθεν μικτή τις ἔκ τε τῆς οἰκείας καὶ τῆς κατὰ τὸ ἡμίπεπτόν τε καὶ ὑδατῶδες περίττωμα ζέσεως, ὥστ' εἴπερ ὡμολόγηται μὲν ἅπαντας τοὺς οἴνους χρονίζοντας γίγνεσθαι θερμοτέρους. συμβαίνει δὲ τοῖς αὐστηροῖς αὐτῶν ἐν τῷ παλαιοῦσθαι πρῶτον μὲν γλυκύτητά τινα καὶ δριμύτητα προσλαμβάνειν, ἀποτιθεμένοις τὴν στύψιν, ἐφεξῆς δὲ παραύξεσθαι μὲν τῇ δριμύτητι, παύεσθαι δὲ κατὰ βραχὺ τῆς γλυκύτητος, κἄπειτ' αὖθις ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ δριμεῖς θ' ἱκανῶς γίγνεσθαι καὶ πικρότητα ἀεὶ προσλαμβάνειν καὶ τελευτῶντας, ἡνίκα παχύνονται, παντελῶς ἐκπικροῦσθαι. καὶ πρόδηλον, ὡς τὸ μὲν γλυκὺ θερμότερόν ἐστι τοῦ στρυφνοῦ, τὸ δὲ πικρὸν τοῦ γλυκέος. ἀλλ' εἴπερ ἡ γλυκύτης ὑπὸ

pria vinorum natura fit agnofcimus. Qua in re animum diligenter adverte, auftera fenfim aufteritatem deponant; femper enim quae inveterantur vina dulcedinem quandam et acredinem adfcifcunt, quae vero prius inerat illis adftrictio, eam tempore abjiciunt. Eft autem in quibusdam vinis, poftquam efferbuerint, dulcedo quaedam fincera, fuavis et propria ipfius fucci naturae, non qualis ante erat, mixta fcilicet ex proprio atque eo qui circa femicoctum aquofumque excrementum erat fervore. Igitur fi confeffum eft, vina omnia vetuftate fieri calidiora, auftera vero primum quidem tempore dulcedinem quandam atque acrimoniam depofita adftrictione acquirere, ac deinde increfcente acrimonia fenfim dulcedinem deponere, ac fubinde rurfum majori tempore acria admodum evadere affidueque amarefcere, ac denique ubi craffefcunt penitus fieri amara, fane conftat dulce acerbo effe calidius ac dulci

συμμετρίας θερμοῦ γίγνεται, δῆλον ὡς ἡ στρυφνότης ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ κρατοῦντος ἀποτελεσθήσεται.

Κεφ. ιβ'. Ὅτι δὲ καὶ ἡ ὀξύτης ὑπὸ ψύξεως δημιουργεῖται δέδεικται μὲν καὶ πρόσθεν ἡμῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸν παρόντα λόγον ὑπὲρ τῆς κατὰ φύσιν ἐν χρόνῳ μεταβολῆς τῶν οἴνων ἐδηλώσαμεν, εἴπωμέν τι καὶ περὶ τῆς παρὰ φύσιν. ὡς οὖν ὁ στρυφνὸς οἶνος ἐν τῷ χρόνῳ γλυκύτερος μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δὲ δριμύτερός τε καὶ πικρότερος ἀποτελεῖται καὶ τελευτῶν ἐκπικροῦται, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅ τε ῥιγώσας ὀξύτερος εὐθὺς γίγνεται καὶ εἰ τελέως ἀποψυγείη τελέως ὀξύνεται, ὅ τ' εὐθέως ἐν τῇ συγκομιδῇ τῶν καρπῶν ὑετοῦ κατασχόντος ὀθνείας ὑγρότητος ἀναπλησθεὶς, ὅ τ' ἄλλως ὕδατος προσλαβὼν, ὀξεῖς ἑτοίμως οἱ τοιοῦτοι πάντες ἐπὶ μικραῖς προφάσεσιν ἀποτελοῦνται. ἔμπαλιν δ' αὐτοῖς οἱ πυρὶ πλησιάζοντες ἔν τε τῷ παραχρῆμα καὶ εἰς ὕστερον ἀεὶ καὶ μᾶλλον γίνονται γλυκεῖς. εἰς χρόνον δὲ πάμπολυν ἐκπίπτοντες καὶ οὗτοι μεταπίπτουσιν οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων εἰς πικρό-

amarum. Atqui fi verum eft dulcedinem a moderatione provenire caloris, patet acerbitatem a frigido vincente perfici.

Cap. XII. Quod autem et aciditas a frigore procreetur et antea oftendimus. Veruntamen, quandoquidem in praefenti difputatione de naturali vinorum, quae temporis fpatio fiat, alteratione docuimus, non nihil quoque et de non naturali dicamus. Itaque ut vinum acerbum, tempore dulcius primum, mox acrius amariusque efficitur, denique plane etiam amarum redditur, ad eundem modum quod rigorem perpeffum eft, acidius protinus redditur, ac fi prorfum refrigeretur, penitus acefcit. Itemque quod in fructuum collectione vindemiaque per affiduam pluviam aliena humiditate impletum fuerit, quodque alio quovis modo humiditatem acceperit, levi occafione ea omnia prompte acefcunt. Contra evenit iis quae igni admoventur. Nam et protinus ftatim et temporis progreffu poftea femper dulcioria evadunt. Quod fi multo etiam tempore duraverint, et ipfa nihilominus quam caetera ama-

τητα, καί πως ἔοικε τοῦτο καὶ κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον ὁμολογεῖν ἑαυτῷ. [98] εἰ γὰρ ἡ ὄμφαξ μὲν ὀξεῖα, γλυκεῖα δὲ ἡ σταφυλὴ καὶ τὸ πεπαίνεσθαι τοῖς καρποῖς ἅπασι παρὰ τῆς ἡλιακῆς ἐγγίνεται θερμότητος, εὔδηλον ὡς τὸ μὲν ἀτελέστερον καὶ ψυχρότερον ὀξὺ, τὸ δὲ τελεώτερον καὶ θερμότερον ὑπάρχει γλυκύ. ὅταν οὖν ὁ οἶνος ἐν τῷ ψύχεσθαι πάλιν ἀποξύνηται, πρόδηλον ὡς εἰς τὸν αὐτὸν πάλιν ἐπανέρχεται χυλὸν ἐξ οὗπερ ἐγένετο. διενήνοχε μέντοι τὴν δύναμιν κατὰ τοσόνδε ὄμφακος χυλὸς ὄξους, ὅτι τῷ μὲν ὄξει προσέρχεταί τις ἐκ σηπεδονώδους θερμότητος δριμύτης. καὶ διὰ τοῦτο καλῶς ἔλεγεν Ἀριστοτέλης αὐτὸ, τὸ μὲν οἰκεῖον τοῦ οἴνου θερμὸν ψυχρὸν ὑπάρχειν, τὸ δ' ἐπίκτητον θερμόν. ὁ δὲ τῆς ὄμφακος χυλὸς οὐκ ἔχει τὴν θερμότητα, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τὴν δριμύτητα. προσέρχεται δή τις αὐτοῖς κἀκ τοῦ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν τῷ λεπτομερεῖ τῆς οὐσίας διαφορά. λεπτομερέστερον γάρ ἐστι τὸ ὄξος ὄμφακος χυλοῦ, καὶ δὴ καὶ ἡ αἴσθησις τῷ λόγῳ μαρτυρεῖ. διενήνοχε γὰρ ἡ ἀπὸ τοῦ ὄξους ἔμψυξις τῆς ἀπὸ τοῦ χυλοῦ τῶν ὀμφάκων τῷ σφοδρῷ καὶ ἐπιμίκτῳ.

refcunt, videturque id fibi quodammodo fecundum naturalem confentaneum effe rationem. Nam fi uva acerba acida eft, uva vero dulcis, ac fructibus omnibus maturatio a folari provenit calore, planum eft imperfectius et frigidius effe quod acidum, perfectius vero et calidius quod dulce fuerit. Quum ergo vinum perfrictione rurfum acefcat, manifeftum eft in eum illud humorem converti, ex quo provenerat. Diverfis tamen hactenus viribus uvae acerbae fuccus acetumque conftant, quod aceto accedat ex putrido calore acrimonia quaedam, proinde Ariftoteles recte dixit, acetum proprio quidem vini calore effe frigidum, adfcititio calidum. At uvae acerbae fuccus calorem adfcititium non habet, ac proinde nec acrimoniam. Accedit vero et in fubftantiae tenuitate diverfitas. Siquidem uvae acerbae fucco acetum tenuius eft, cui rei et fenfus adftipulatur, excellit enim quae ab aceto infligitur frigiditas eam quae ab uvae acerbae fucco vehementia et mixtione.

ἀσθενεστέρα μὲν γὰρ ἡ ἀπὸ τῆς ὄμφακος ψύξις, οὐ μὴν μετέχουσά γε θερμότητος ἀλλοτρίας οὐδ᾽ ὀλίγον· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ὄξους ἰσχυροτέρα μὲν εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον καὶ λεπτομερεστέρα. μέτεστι δ᾽ αὐτῷ καὶ δριμύτητος θερμαινούσης, οὐχ ἱκανῆς μὲν ἐκνικῆσαι τὴν ἀπὸ τῆς ὀξύτητος ψύξιν, εἰς δὲ το τῆς διεξόδου τάχος ὑπηρετούσης. εἰς ὅσον γάρ ἐστι τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ ποριμώτερον, εἰς τοσοῦτον καὶ ὁ δριμὺς χυμὸς τοῦ ὀξέος ἑτοιμότερον διέρχεται τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων τοὺς πόρους, ὥσθ᾽ ὁ μὲν οἷον ὁδοποιεῖ φθάνων, ὁ δ᾽ οὐκ εἰς μακρὰν ἕπεται, κᾀν τούτῳ τὸ τῆς αἰσθήσεως ἐπίμικτόν τε καὶ δυσερμήνευτον ἀποτελεῖται, οὔθ᾽ ἁπλῶς ψυχρὸν ἀποφήνασθαι τὸ ὄξος δυναμένης, αἰσθάνεται γὰρ ἐν αὐτῷ πυράδους τινὸς δριμύτητος, οὔθ᾽ ἁπλῶς θερμόν. ἐπικαταλαμβάνουσα γὰρ ἀεὶ τὴν ἐκ τῆς ποδηγούσης δριμύτητος θάλψιν ἡ ἐκ τῆς ἑπομένης ὀξύτητος ψύξις ἀμαυροῖ καὶ κατασβέννυσι παραχρῆμα. καὶ διὰ τοῦτο πολὺ πλείων ἐστὶν ἡ ἐκ τῆς ψύξεως αἴσθησίς τε καὶ διάθεσις ἤπερ ἡ ἐκ τῆς θερμότητος.

Imbecillior enim eſt quae ab uva acerba ſit refrigeratio, quum etiam alienae in ſe caliditatis ne minimum quidem contineat. At quae ab aceto proficiſcitur, tanto eſt validior quanto et tenuior, ineſt vero et illi acrimonia quaedam excalefaciens, quae tamen ſatis non ſit ad ſuperandam ab aciditate provenientem frigiditatem, verum quae ad tranſitus celeritatem ſubſerviat. Nam quanto calidum frigido facilius penetrat, tanto acris ſuccus aptior eſt, qui ſenſibilium corporum meatus tranſeat, quam acidus. Itaque ille velut praecedens viam ſternit, hic vero haud longe inſequitur, quo tempore ſenſus perficitur mixtus et qui aegre exponi queat. Utpote qui nec plane frigidum eſſe acetum denunciet, quippe quum in eo ignea quaedam percipiatur acrimonia, nec plane calidum, nam perpetuo quod ex praecedente ſit acrimonia calefactionem frigus ab inſequente aciditate occupans obſcurat protinusque extinguit, quod ſit, ut major multo ex frigore percipiatur ſenſus quam ex calore. Porro ſi plurimo melli aceti paulum

εἰ δέ γε τῷ μέλιτι πλείονι μίξαις ὄξος ὀλίγον, αἰσθήσῃ σαφῶς αὐτίκα ψύξεως καὶ θερμότητος. εἰ μὲν γὰρ ὀλίγον τὸ μέλι πολλῷ τῷ ὄξει κεράσαις, πλέονι μέτρῳ ψυχρὸν ἢ θερμὸν φανεῖταί σοι τὸ μιχθέν· εἰ δὲ πολλῷ τῷ μέλιτι ὀλίγον τὸ ὄξος, μᾶλλον θερμαῖνον ἢ ψυχρόν· κἂν τοῖς ὄγκοις δ' εἰ μίξαις ἴσα, τῇ γοῦν δυνάμει κρατοῦν εὑρήσεις τὸ ὄξος ἔτι. εἰ δ', ὡς εἴρηται, πλέον εἴη πολλῷ τὸ μέλι, πάλιν ἰσάζουσαν εὑρήσεις ἐν τῇ τοιᾷδε κράσει τὴν ψύξιν τῇ θερμότητι. πολλαπλασίῳ γάρ τινι τῶν συμμέτρως θερμῶν ἐπὶ τὴν ψύξιν ἀποκεχώρηκε τὸ ὄξος ἤπερ ἐπὶ τὴν θερμότητα τὸ μέλι. δέδεικται γοῦν καὶ πρόσθεν ὡς οὐκ ἐγχωρεῖ βιαίαν θερμότητα συνεῖναι γλυκύτητι. καὶ καλῶς εἴρηται πάλαι τὸ πάντ' ἀλλήλοις ὁμολογεῖν τἀληθῆ. καὶ γὰρ οὖν καὶ καθ' ὑποχονδρίων ἐγκαιομένων ἀμείνων ὁ τῆς ὄμφακος χυλὸς ὄξους αὐτοῦ, τῷ μήτε βίαιον καὶ πληκτικὴν ἔχειν τὴν ψύξιν μήτ' ἐπίμικτον δακνώδει θερμότητι. δέονται δὲ οἱ πάσχοντες ὧδε παρηγορηθῆναι μὲν ἀβιάστως, ὡς εἴρηται, ἔξωθεν δὲ μηδεμίαν ἐπικτήσασθαι

admifceas, ftatim et calorem et frigus manifefte percipies. Nam fi paulum mellis aceto permifceas, magis frigidum quod fuerit mixtum quam calidum videbitur, fin multo melli pauxillum mifceas aceti, plus calefacere quam refrigerare confpicietur, et fi pari mole utraque mifcueris, acetum tamen etiam viribus fuperare comperies. Quod fi, ut eft dictum, plus fit multo mellis quam aceti, aequalia rurfum frigus ac colorem in ea mixtura confpicies, multis enim numeris acetum plus ab iis quae moderate funt calida ad frigiditatem receffit quam mel ad caliditatem. Proinde et fupra demonftravimus fieri non poffe ut vehemens coëat cum dulcedine caliditas, vetusque illud verbum pulchre dictum eft, vera inter fefe omnia confentanea effe ac convenire. Etenim ad hypochondria ardentia praeftantior eft fuccus uvae acerbae quam ipfum acetum, quod nec violentam ac ferientem habeat frigiditatem, nec eam mordaci admixtam caliditati. Debent enim qui fic laborant fine violentia mitigari, ut eft dictum, nec

δακνώδη θερμότητα ἢ δριμύτητα. ταυτὶ μὲν οὖν ἤδη πως ἅπτεται θεραπευτικῆς μεθόδου, κοινωνούσης πολλαχόθι τῇ νῦν ἐνεστώσῃ πραγματείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο καταλιπόντες αὐτὰ πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. ὁ τοίνυν τῆς ὄμφακος χυλὸς οὐκ ὀξὺς μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ στρυφνός. ὡς γὰρ καὶ πρόσθεν εἴρηται, σχεδὸν ἅπαντες οἱ τῶν δένδρων καρποὶ κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν, ὡς καὶ Θεόφραστος ἔλεγε, στρυφνοὶ γενομένοις εἰσὶν, εἶτ' ἐπειδὰν ὑγρότητος πληρῶνται, (48) προσλαμβάνουσι μὲν ὀξύτητος, ἀφαιροῦσι δὲ τῆς στρυφνότητος. [99] ἔστι δ' οὔτε τὸ προσγινόμενον οὔτε τὸ ἀφαιρούμενον ἴσον ἐν ἅπασι τοῖς καρποῖς οὔτε κατ' εἶδος αὐτῶν οὔτε κατὰ γένος οὐδέν. αὐτίκα γέ τοι τῶν ὀμφάκων ἔνιαι μὲν τῆς στρυφνότητος πλέον, ἔνιαι δὲ τῆς ὀξύτητος πλέον, ἔνιαι δὲ ἀμφοτέρων ἰσαζουσῶν μετέχουσιν. ἀλλὰ πρός γε τὸ καύσους ἐμψύχειν εὐλόγως ἁρμόττουσιν ἅπασαι. οὐ μόνον γὰρ τὸ ὀξὺ ψυχρόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ στρυφνὸν, ὡς καὶ πρόσθεν ἐλέγομεν. ἀποχωρεῖ δὴ κἀνταῦθα πάλιν ὁ λόγος ἐπὶ τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον. αὖθις οὖν αὐτὸν ἐπὶ τὸ προκεί-

foris ullam adſciſcere mordacem caliditatem aut acrimoniam. Atque haec quidem jam curandi attingunt methodum, quae multis in locis huic tractationi communis eſt, quare iis denuo relictiis ad propoſitum revertamur. Itaque uvae acerbae ſuccus non acidus modo eſt, ſed et acerbus. Nam, ut ſupra propoſitum eſt, omnes prope arborum fructus ortus ſui principio, teſtimonio etiam Theophraſti, guſtantibus acerbi ſunt, dein, ubi humore implentur, accedit quidem aciditas, decedit vero acerbitas. Haud tamen et quod accedit et quod amittitur par eſt in fructibus omnibus, neque ſi ſpeciem neque ſi genus reſpicias. Etenim inter uvas acerbas aliae plus acerbitatis, aliae aciditatis obtinent, ſunt et quae pari portione ambas ſortitae ſint, omnes tamen ad refrigerandos ardores non abs re conveniunt, quippe quum non ſolum quod acidum eſt frigidum ſit, ſed et quod acerbum, velut et ante a nobis dictum eſt. Recedit ſane et hîc rurſum oratio ad curandi methodum, quare et rurſum ad propoſitum illam

Ed. Chart. XIII. [99.] Ed. Baf. II. (48.)

μενον ἀναγάγωμεν. ἦν δ' ἐξ ἀρχῆς, ὡς οἶμαι, προκείμενον ἐν τῷδε τῷ γράμματι περὶ τῶν χυμῶν ἁπάντων διελθεῖν, καὶ σχεδὸν μὲν ἤδη περὶ τῶν πλείστων εἴρηται, κατὰ δὲ τὴν τοῦ λόγου κοινωνίαν ἐφάψασθαι καὶ τῶν ἄλλων ἡμῶν ἀναγκασθέντων. οὐ γὰρ περὶ στρυφνοῦ καὶ αὐστηροῦ καὶ ὀξέος εἴρηται μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ γλυκέος ἤδη πολλάκις καὶ πικροῦ καὶ δριμέος. προσθεῖναι δ' ἀναγκαῖόν ἐστι τὰ λείποντα πρὸς τὴν τοῦ παντὸς λόγου τελειότητα. λείπει δ' ἐπὶ μὲν τῶν στυφόντων οὐδέν τι μέγα καὶ ἀξιόλογον, ὃ καὶ μὴ διὰ τῶν ἤδη λελεγμένων ἔσται δῆλον.

Κεφ. ιγ'. Ἐπεὶ δὲ τῶν ὀξέων ἴσως ἄν τῳ δόξειε λείπειν, ὅ τινας καὶ τῶν ἐλλογίμων ἰατρῶν ἐξηπάτησεν· τῷ γὰρ τοὺς οἴνους τοὺς ἀσθενεῖς ἔν τε τῷ ἦρι καὶ τῷ θέρει μεταβάλλειν τε καὶ ὀξύνεσθαι, χειμῶνος δ' ἐν ταῖς οἰκείαις φυλάττεσθαι ποιότησιν, ὑπὸ θερμοῦ τισιν ἔδοξεν ἡ ὀξύτης γεννᾶσθαι. συναύξει δ' αὐτῶν τὴν ὑπόληψιν ὅ τε κινηθεὶς σφοδρότερον οἶνος, ὅ τ' ἐν τοῖς πλοίοις μετακομισθεὶς πορρώτερον. καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάντες, ὅταν ἀσθενεῖς ὦσιν,

revocemus. Porro propositum, ut reor, ab initio in hoc libro fuerat de saporibus omnibus differere, ac nunc quidem fere de omnibus verba fecimus, interim tamen orationis affinitate et alia attingere coacti. Nec enim de acerbo modo et auftero et acido jam diximus, fed et perfaepe de dulci et amaro et acri, reliqua tamen, quo tota oratio perfecta evadat, adjicienda etiam funt. Atque in adftringentibus haud ita multum etiam reliquum eft, quod non ex jam dictis clarum evadat.

Cap. XIII. At in acidis deeffe fortaffis etiamnum videatur, quod eximios quosdam medicos fefellit. Nam eo quod vina invalida vere atque aeftate alterentur atque acefcant, hieme vero fuas fervent qualitates, hinc adeo quibusdam a calore aciditatem nafci vifum eft. Quorum auget opinionem et quod vehementius motum eft vinum et quod longius in navigiis advectum, talia enim omnia quum infirma fuerint, celerrime acefcunt. Quin etiam

ὀξύνονται τάχιστα. καὶ μέντοι τοὺς πίθους ἔνιοι τῶν τὰ γεωργικὰ γραψάντων ἀξιοῦσιν ἐν οἴκοις κατορύττεσθαι πρὸς ἄρκτον ἐστραμμένοις, ὡς τῆς μὲν ψύξεως φυλαττούσης αὐτῶν τὴν ποιότητα, τῆς δὲ θερμότητος μεταβαλλούσης. ἀτὰρ οὖν καὶ φαίνεται τοῦτο πολλαχόθι γιγνόμενον, αὐτῇ τῇ πείρᾳ βασανισθέν. ὀξύνονται γὰρ ἔνιοι τῶν οἴνων ἑτοίμως, ὅταν ἐν μεσημβρινοῖς καὶ προσηλίοις χωρίοις ἀποκέωνται, καί μοι δοκεῖ τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν εἰρημένων λύσεως ἐντεῦθεν ποιήσασθαι. τὸ γὰρ μήτε πάντας ὀξύνεσθαι θερμαινομένους, ἀλλ' ὅσοι ψυχρότεροι κατ' ἀρχὰς εὐθέως εἰσὶ, μήτε τῶν παλαιωθέντων τινὶ συμπίπτειν τοῦτο, τὴν ἐπὶ τἀληθὲς ὁδὸν ἡμῖν εὑρήσει.

Κεφ. ιδ'. Ζητήσει γὰρ ὁ λόγος τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ὑπὸ τῆς ἔξωθεν θερμότητος ὁ φύσει ψυχρὸς καὶ ἀσθενὴς οἶνος ἐλέγχεται, καίτοι τοῦτό γε αὐτὸ τὸ ῥῆμα τὸ ἐξελέγχεται ῥηθὲν ἁπάσας τὰς εἰρημένας ἀπορίας ἐπιλύεται. παραπλήσιον γάρ τι συμβαίνει τοῖς οἴνοις, ὅσοι φύσει ψυχρότεροι καὶ ὑδατωδέστεροι τυγχάνουσιν ὄντες, οἷόν τι καὶ ταῖς μικραῖς καὶ ἀσθενέσι φλοξί. καὶ γὰρ καὶ ταύτας ἐν ἡλίῳ καταθεὶς ἰσχυρῷ

quidam, qui de ruftica fcripfere, dolia in aedibus ad aquilonem expofitis defodienda cenfent, tanquam frigus fcilicet qualitatem eorum fervet, mutet autem caliditas. Sane verum et id faepenumero ipfa experientia comprobatum conftat, acefcunt enim vina quaedam prompte, ubi in meridianis et foli expofitis locis repofita fuerint. Videorque dictorum hinc jam orfus folutionem. Etenim quod non omnia caliditate acefcant, fed quae initio tantum frigidiora funt, nec id veteri alicui accidat, id nobis ad veritatem viam inveniet.

Cap. XIV. Quippe caufam fermo fcrutabitur, propter quam vinum natura frigidum atque invalidum ab extrinfeco arguatur calore. Quamquam per verbum arguatur jam dictum omnes prius dictae ambiguitates diffolvantur. Perfimile enim quid vinis accidit, quae natura frigidiora aquofioraque funt, quale flammis exiguis et imbecillis, quippe fi eas ad folem fervidum exponas aut

τελέως ἀμυδρὰς ὄψει γιγνομένας, ἢ καὶ παντάπασιν ἀποσβεννυμένας. [100] οὕτω δὲ καὶ λύχνον καιόμενον, εἴ που ἄλλῃ φλογὶ σφοδρᾷ καὶ μεγάλῃ παραθείης, εἴτ' ἐν ἡλίῳ καταθείης ἰσχυρῷ, μαραινόμενόν τε καὶ διαφορούμενον αὐτίκα θεάσῃ. καὶ μὲν δὴ κἂν εἰ ῥιπίζοις ἰσχυρῶς ἀσθενῆ καὶ μικρὰν φλόγα, θᾶττον ἀποσβέσεις αὐτὴν ἢ αὐξήσεις. οὔτε γὰρ κίνησιν οὔτε θερμασίαν ἰσχυρὰν ἀσθενὴς ὑπομένει φύσις, ἀλλὰ διαφορεῖται πρὸς αὐτῆς μᾶλλον ἢ αὐξάνεται, ἐπεί τοι κἀξεπίτηδες ἐν πολλοῖς χωρίοις κινοῦσί τε καὶ μεταφέρουσι τοὺς οἴνους, ὥσπερ οὖν καὶ ἡλιοῦσί γε καὶ θερμαίνουσιν, ὡς ἐνίους αὐτῶν ἀηδεῖς γίγνεσθαι τὴν ἀπὸ τοῦ καπνοῦ δεχομένους ποιότητα. καὶ παρ' ἡμῖν γε κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἐπὶ τοὺς κεράμους τῶν οἰκιῶν ὅταν ἥκῃ θέρους ὥρα, λαγήνοις ἐγχεόμενοι σχεδὸν ἅπαντες ἐπιτίθενται, καὶ μετὰ ταῦτα καθαιροῦντες ἐν ὑπερῴοις οἰκήμασιν, ὧν ἐν τοῖς κατωγέοις μέλλει καυθήσεσθαι φλὸξ πολλὴ κατατίθενται καὶ ὅλως πρὸς μεσημβρίαν τε καὶ πρὸς ἥλιον ἀεὶ στρέφουσι τὰς ἀποθήκας, οἷς μέλλει θᾶττον αὐτοὺς ἐκπέψαι τε καὶ ποτίμους ἐργάσασθαι. ὃ γὰρ ἐν χρόνῳ πολλῷ

prorfus obfcurari aut denique etiam extingui confpicies. Sic quoque fi ardentem lucernam aut juxta flammam vehementem magnamque deponas, aut ad folem fervidum exponas, marcefcere utique ac diffipari protinus videbis; quin etiam fi validius ventilaveris infirmam parvamque flammam, citius eam extinxeris quam inauxeris, natura enim infirma validum neque motum neque calorem fuftinet, verum ab iis diffipatur potius quam augetur. Quamquam ex induftria multis in locis vina et commovent et tranfportant, ficuti fane et in folem efferunt atque excalefaciunt, ut etiam quaedam infuavia fiant fumi contrahentia qualitatem. Apud nos fane in Afia in tecta aedium aeftate omne prope in lagenas transfufum imponunt, poftea in aedita cubicula, fub quibus inferne multa flamma luceat, tranfportant. In fumma autem ad meridiem folemque cellas obvertunt, in quibus et citius ea maturefcant et potui idonea evadant; nam quod multo tempore aliis, hoc

τοῖς ἄλλοις, τοῦτο τοῖς οὕτω θερμανθεῖσιν ἐν ἐλαχίστῳ περιγίγνεται. τῶν δὲ τὰ γεωργικὰ συγγραψάντων οὐδὲν θαυμαστὸν ἐνίους ὑπὸ τῆς κατὰ τὰ σφέτερα χωρία πείρας ὑπὲρ ἁπάντων οἴνων ἀποφήνασθαι προπετέστερον. ἀλλ' οἵ γε περὶ Θεόφραστον καὶ Ἀριστοτέλην τήν τ' ἐμπειρίαν ἐπὶ πλέον ἐκτείναντες καὶ διὰ τὴν ἐν φυσιολογίᾳ γυμνασίαν ἀκριβέστερον ἅπαντα διαρθρώσαντες, ἄλλα τε τοιαῦτα πολλὰ καὶ περὶ τῶν οἴνων ἡμᾶς ἐδίδαξαν, ὡς ὅμοιόν τι τοῖς ἡμῶν αὐτῶν πάσχειν σώμασιν. ἦ γὰρ οὐχὶ καὶ ταῦτα θεώμεθα, παρὰ τό πως ἔχειν ἀσθενείας ἢ ῥώμης, ὑπὸ τῶν αὐτῶν ὀνινάμενα καὶ βλαπτόμενα· καὶ γὰρ καὶ γυμνάσια σφοδρὰ καὶ ἥλιος ἰσχυρότερα μὲν ἐργάζεται τὰ θερμὰ καὶ ῥωμαλέα σώματα, καταβάλλει δὲ καὶ διαφορεῖ καὶ καταψύχει τὰ μὴ τοιαῦτα, καὶ τῶν οἴνων τοὺς μὲν θερμοὺς φύσει καὶ κίνησις ῥιπίζουσα καὶ ἥλιος ἐκθερμαίνων καὶ φλόγες πλησίον καιόμεναι πεπαίνουσι θᾶττον. ὅσοι δὲ ψυχρότεροί τέ εἰσι καὶ ὑδατωδέστεροι, τούτους ἐξελέγχει τε τὰ τοιαῦτα πάντα καὶ θᾶττον ἀναγκάζει πάσχειν, ἃ μικρὸν

